

5724.

DISSERTATIONEM JVRIDICAM

DE

NATVRA ET VSV

DIVISIONIS RERVM

IN RES

DIVINI ET HVMANI

I V R I S

ILLARVMQVE IN

9
1724. 7^a

SACRAS RELIGIOSAS
ET SANCTAS,

PRAESIDE

DIETERICO HERMANNO
KEMMERICHIO, JC^{TO}

JVRIS NATVRAE ET GENTIVM PROF. P.

COLLEG. JVRID. ASSESSORE ORD.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
EJVSQVE AVDITORIO JVRIDICO

DIE I. OCTOB. A. MDCCXXIX.

PUBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTET

EHRENFREDVS HANISCH

CAMENT. LVSAT. J. V. C.

VITEMBERGAE, EXPRESSIT JOANN. GODOFR. SCHLOMACHIVS.

SVMME REVERENDAE GENEROSISSIMAE
AC DEVOTISSIMAE DOMINAE,

**DOMINAE
CORDVLAE**

NATAE
SOMMERAE

RELIGIOSISSIMI VIRGINVM COENOBII
IN SVPERIORI LVSATIA,

QVOD STELLAE SANCTAE MARIAE SALVTATVR,
LIBERE ELECTAE

ABBATISSAE AC DOMINAE,
DOMINAE MEAE GRATIOSISSIMAE,
AC RELIGIOSISSIME COLENDÆ,

NEC NON
PLVRIMVM REVERENDAE NOBILISSIMAE AC
DEVOTISSIMAE DOMINAE PRIORI,

CETERISQUE
REVERENDIS, NOBILISSIMIS AC DEVOTISSIMIS

VIRGINIBVS CAPITVLARIBVS

EIVSDEM COENOBII STELLAE SANCTAE MARIAE,

DOMINN. MEIS GRATIOSIS RELIGIOSEQUE COLENDIS,

ITEMQUE
SVMME REVERENDO NOBILISSIMO DE-
VOTISSIMO AC DOCTISSIMO DOMINO
D O M I N O
P. A D E L B E R T O
SVMME REVERENDI RELIGIOSISSIMIQVE
CISTERCIENSIVM ORDINIS
M E M B R O D I G N I S S I M O ,
PRAEDICTI COENOBII SVPERIO-
RIS LVSATIAE, QVOD STEL-
LÆ SANCTÆ MARIAE
VOCATVR, PRAEPOSITO
GRAVISSIMO
D O M I N O M E O G R A T I O S I S S I M O
RELIGIOSISSIMEQUE COLENDO.

SVMME REVERENDA, AC GENEROSSIIMA,
PLVRIMVM REVERENDA, REVERENDAEQVE NOBI-
LISSIMAE AC DEVOTISSIMAE DOMINAE,
DOMINAE GRATIOSISSIMAE, RELIGIOSISSIME QVE COLENDÆ,

NEC NON

SVMME REVERENDE, NOBILISSIME, DEVOTISSIME
DOCTISSIMEQVE DOMINE PRAEPOSITE,
DOMINE GRATIOSISSIME, RELIGIOSISSIME QVE COLENDE.

Ofero RELIGIOSAE DOMVI uestra, qua par est,
obseruantia, primitias studiorum meorum Academi-
corum, quibus Res Sacras Religiosas et sanctas,
earumque genuinam naturam ac differentiam, differentiaeque
usum publice edisserui. Quod argumentum, a superstitione
quidem ethnica abstractum, atque in sensu christianaæ religioni
consentaneo, acceptum, ut nec a uestra pietate ac religiosa ui-
uendi ratione est alienum: ita spero, fore, ut serena fronte
suscepturae sint SVMME REVERENDÆ DIGNITA-
TES VESTRAE hoc pietatis meae in uos, gratique animi
monumentum. Grati enim animi erga SVMME REVE-
RENDAS DIGNITATES VESTRAS monumenti omnino extare
par erat, pro tot tantisque beneficiis, benevolique animi docu-

men-

mentis, et Familiae meae, et in optimis mihi exhibitis. Sunt qui-
dem hae nonnisi primitiae grati animi, pietatisque et obseruan-
tiae meae erga VOS tenues quaedam significations: Sed quod
rei ipsi praestandae deest, votis ac precibus explore conabor;
Summum Numen precatus, velit RELIGIOSAM DOMVM Vestram,
SVMMEQUE REVERENDAS DIGNITATES VESTRAS,
omnis generis bonis, tam spiritualibus quam corporalibus, largis-
fima manu cumulare. De cetero ut me porro benevolentia
Veltrae ac summo fauori commendatissimum habere velint
SVMME REVERENDAE DIGNITATES VESTRAE
ea, qua decet, obseruantia ac devotione rogo; sicuti et quicquid
in me est officii seruitiique Vobis offero dedico atque con-
secro, cen-

SVMME REVERENDARVM DIGNITATVM VESTRARVM

Vitterbergae
d, 1 Oct, 1729.

cultor religiosissimus
EHRENFREDVS HANISCH.



PROOEMIVM



Nter Divisiones Rerum, quae in Pandectis Iuris Romani Iustinianei sese nobis offerunt; facile principem tenet locum ea, qua res aliae *Divini*, aliae *Humani Juris* esse dicuntur, atque in priorem classem iterum Res *Sacrae*, *Religiosae* et *Sanctae* referuntur. Deprompta est haec divisio ex CAII JCTI * *Institutionibus* ** atque exinde Im-

A 2

pera-

* Qui sub Imp. MARCO AVRELIO ANTONINO Philosopho circa dimidium fere Seculi a Christo nato illi, et quod excurrit, floruit: uti HIERON. ALEXANDER in praefat. pluribus edisseruit.

** Quarum duos Libros superfites, et HIERON. ALEXANDRI et JAC. OISELII et futuris met Notis illustratos, ANT. SCHVLTINGIVS in *Iurisprud.* sua *Ante - Iustinianea* edidit.

peratoris JVSTINIANI auspiciis in *Pandectas Juris* relata; Quamuis in *Institutionibus* Justinianae ea, quod mirere, sit omissa; cum tamen in plerisque aliis earum Articulis Magnificus Exquaestor, TRIBONIANVS, CAIVM suum, cui ducem et autorem, sequutus sit. Cum autem hodieque passim in Compendiis *** eadem diuisio, licet ethnicae religionis principia sapiat, adhuc retenta legatur: operae pretium nobis uisum est, speciminis Academici loco quaedam de illa commentari, et quem usum effectumque eadem tam in Causis Civilibus, quam in Criminalibus, quin et Ecclesiasticis, habeat, studiosius, et quantum licuerit, curatius disquirere.

*** Ex plurimis nominasse sufficiat *Compendium Iuris Lauterbachianum*, itemque Dn. HEI- NECCII Elementa Iuris Civilis secundum Ordinem *Institutionum pariter, ac Pandectarum.*

CAP. I.

CAP. I.

DE NATVRA ET INDOLE DIVISIONIS
RERVM IN RES DIVINI ET HVMANI
JVRIS ILLARVMQVE IN SACRAS RE-
LIGIOSAS ET SANCTAS.

§. I.

DIFFERENTIA INTER RES DIVINI ET HVMANI JVRIS, EJVSQVE
FVNDAMENTVM.

SVmma igitur Rerum, de quarum Iure quaeri ac
disceptari potest, diuisio, ex sententia CAII mo-
do laudati^a) haec est, quod aliae Res *DIVINI IVRIS*,
aliae *Humani*, censeantur. b) Nec dubitandum, quin illas

A 3

quidem

a) Quae ex Lib. II. Inflit. Tit. I.
excerpta legitur in l. 1. π. de Divis rer.
er qual. h. m. Summa rerum diuisio
in duos Juris articulos deducitur; nam
alia sunt diuini Iuris, aliae humani.

b) Quod ad Originem et fundamen-
tum huius diuisio attinet, SCHIL-
TERVS in Ex. ad π. IV. §. 1. et Not.
ad I. t. de R. D. §. ii. rationem eius
quaerit in duabus Societatis Civilis
partibus principalibus, sive Societati-
bus Reipublicas subordinatis, Sacra Sci-
licer, quae Christianis Ecclesia, et Ci-
vili speciatim dicta: quarum altera circa
Religionem et Cultum diuinum o-
cupatur; altera circa Politiam, et ne-
goia civilia, sive secularia, ut loquun-
tur. Et cum omnis humana Societas,
secundum ipsum, et personis constet,

et rebus; inde, pro duplice ista Socie-
tate particulari, duplicitis etiam generis
res in Rep. dari, atque hinc summam
rerum divisionem in duos illos articulos
deduci, existimat. Sed ulterius haec
ex antiquioribus Philosophorum et
Jutorum placitis illustrare juuabit.
Scilicet consonare huic sententiae vide-
tur definitio *Jurisprudentiae VPLIA-
NA*, §. i. I. de I. et L. 10. §. 2.
π. eod, qua uniuersum Jurisprudentiae
objectum in diuinas et humanas res di-
specificat, quamque complures icti in
eandem sententiam interpretantur, ut
res diuinis de rebus, ad societatem sa-
cram, cultumque diuinum spectantes, vel
etiam, plane ex mente CAII, atque
ethniciis *Jurisprudentiae Romanae*
principiis, de rebus diuini Juris, huma-

quidem DIVINI IURIS esse, propterea dixerit, quod eas non nisi

nas uero de negotiis ciuilibus, uel etiam
humani Juris rebus, accipiunt. Ita
enim dilecte IANVS A COSTA,
ad §. 2. I. de I. et I. Per res diuinias,
ait, intelligit (Imperator cum Vlpia-
no) res DIVINI IURIS Populi Rom.
ut res sanctas, sacras, et religiosas,
de quibus in §. 7. I. de R. D. non res,
que pertinent ad Episcopos et Clericos,
ut quidam insue exsistant. Vlpianus
enim, qui autor est huius defini-
tionis, non potuit Episcoporum et Cle-
ricorum meminisse, quos nunquam uiderat. Ita etiam MVRETUS ad d. §.
2. Vera, inquit, sententia huius defi-
nitionis haec est: Antiqui iuris ciuilis
pars quedam Jure Pontificio, jure Au-
gurali, et libris ritualibus, continetur:
hanc vocabunt NOTITIAM RE-
RVM DIVINARVM, id est, SA-
CRORVM, ET RERVVM AD SA-
CRA PERTINENTIVM: Altera
pars pertinehat ad negotia, quae inter
se homines contrahunt, id est, ad ea,
quae Arist. V. Ethic. συναλλαγη
τα uocat. Eadem sere ratione FRANC.
HOTOMANNVS in Comment. ad
I. d. § 2. itemque ARN. VINNIUS
Comm. ad eund. §. 2. nec non REINH.
BACHOVIVS ECHT in Comm. ad I. de
§. 2. hanc definitionem, resque diuinias
et humanas, eadem memoratas, ex-
plicant, ut alios taceam. Equidem
enudita quoque est obseruatio Celeber-
rimi Dn. LEYSERI qui in Medit. suis
ad π. Specim. II. n. 1. se miratum sae-
pe esse, testatur, quamobrem Ictus in

hac definitione omnes res, etiam diuin-
nas, complexus sit; et rationem hanc
rei fuisse, arbitratur, aemulationem,
quae Jurisconsultis tunc temporis cum
Oratoribus maxime, qui aequo ac
Philosophi, imo et Poetae, et Gram-
matici, uniuersalem omnium rerum
tam diuiniarum, quam humanarum,
scientiam sibi vindicabant, intercesser-
it; quippe quibus Icti noluerint esse
inferiores, adeoque itidem diuiniarum
ac humanarum rerum notitiam sibi al-
seruerint. Quo et digitum intendit
Doctiss. HEINECCIVS in Elem. Jur.
Cib. t. de I. et I. ad §. 25. ubi notat,
Juris Consultis perpetuum fuisse aem-
ulationem cum Philosophis απρεκοις.
Vnde cum Ictos ueram, non simula-
tam philosophiam affectare dixerit
VLPIANVS l. 1., §. 1. n. de I. et I.
ab eadem Jurisprudentiam philosophiae
definitione exornari, minime miran-
dum. Sed haec quidem ad originem
uel occasionem definitionis huius per-
tinent: Verum, quid retum diuinina-
rum, quid humanarum nomine in ea
veniat, nondum in aprico est. Inde
autem demum intelligetur, an et quo-
usque diuisio rerum in definitione Ju-
risprudentiae VLPIANA huic no-
stra, a CAJO traditae, congruat. Nos
nulli dubitamus, hanc definitionem
ex Stoica manasse philosophia, que
maxime sub Imp. ANTONINO, Phi-
losophorum Principe, Romae caput ex-
tulit, atque inter Ictos floruit, quip-
pe cui et VLPIANVS, autor defi-
nitionis

nisi Deorum, uel, si manis, Dei alicuius, in cuius scilicet pro-

nitionis fuit addictus. Stoici enim, teste PLVTARCHO de Placit. Philos. aiebant, Sapientiam diuinorum et humarum, sive, ut CICERO L. 1. et 2. de Offic. eloquitur, rerum diuinorum et humanarum, scientiam esse. Qualia et apud SENECA, praesertim in Epist. LXXXIX leguntur. Add. LIPS. Manuduct. ad Philos. Stoic. Diff. VII. p. 698. Idem STOICI Philosophiam in tres secabant partes, Rationalem Naturalem et Moralem. Sic enim primum diuinissime ZENONEM CITIVM, LAEVTIVS scripsit in ZENO-NE. et PLVTARCHVS de Placitis Philos. L. 5. c. 1. Add. SENECA Epist. LXXXIX. et MACROB. in Somn. Scip. L. II. cap. ult. De Rationali nihil hic attinet dicere. Naturalis autem Philosophia rerum naturam, ut ait SENECA d. l. scrutatur, sive, ut MACROBIVS, l. c. de diuinis corporibus disputationat. Scilicet Natura rerum, ex mente Stoicorum, etiam Deum et diuinam complectitur; imo Natura ipsa Deus iis audit. Quid enim aliud est NATURA, inquit SENECA L. IV. de Benefic. c. VII. quam DEVS, et DIVINA RATIO, toti Mondo, et partibus eius, inferta? Sicut et ANTONIVS L. V. s. 24. Deum vocat τὸν τὸν Στοιας δικαιοτά λόγον, Rationem, genę per rerum naturam penetrat. Vnde non mirum, quod res naturales, quas omnes de Diuina ista Natura participare, crediderunt, diuinā quoque salutarint. Quod et leite obseruat.

LIPSIVS in Manud. ad Philos. Stoic. L. II Diff. VII. ubi duo, inquit, SAPIENTIA hic considerat, DEVVM et eius OPERA, i. e. MVNDVM, et quae in eo: et uno uerbo, totam Physiologiam, quae hic (in definitione sapientiae) DIVINORVM uerbo continetur. Namirum Naturalis pars Philosophiae, iuxta SENECAM d. Epist. LXXXIX, in duo scinditur: corporalia et incorporalia. Ad Corpora spectant, uerbis SENECAE, et quae faciunt, i. e. Principia, et quae exhibiguntur, i. e. Elementa, et Corpora reliqua. Principia Stoicis due sunt, Deus et Materia. Pars igitur Philosophiae Naturalis, eaque princeps, secundum Stoicos, est Theogonia, Naturales antiquis, itemque prima Philosophia, aut simpliciter Sapientia, ab eminenti dignitate, dicta. Conf. LIPS. Physiol. Stoic. Lib. I. Diff. III. Clari hanc in rem SENECA Epist. XC. Sapientia, inquit, TOTIVS NATVRÆ notitiam, ac suae, tradit, quid sint DII, qualesque, declarat: quid Inferi, quid Lares, et Genii. Haec etius initialementa sunt, per quae non municipale Sacrum, sed ingens omnium DEORVM TEMPLVM, MVNDVS iste, referatur. Liquet ergo, nifallor, ex dictis, quid rerum diuinarum nomine in definitione Sapientiae, Stoicis uenerit. Restat explicandum, quid rerum humanarum notione significatum iuerint. Et uix dubitandum si divisionem philosophiae, supra memoriam, respicias, quin Philosophiae Mors.

proprietatem et ueluti patrimonium, peculiari ratione
tran-

lis obiectum ita designauerint, Actiones scilicet humanas, quas Sapientia ad salutem humani generis dirigit, nec non uirtutes, praefertim illas, quae ad societatem humanam conseruandam at tuendam faciunt. Virtutibus enim, cum primis Justitiae CICERO Lib. I. de Offic. etiam hoc propositum esse docet, ut Societas hominum coniunctio que serueretur. Ita quidem, ex mente Stoicorum, rerum diuinarum atque humanaarum notiones interpretandas esse deduximus. At enim uero paulo strictiori sensu res diuinæ et humanæ VLPIANVS in sua Jurisprudentiae definitione summisse uiderit; quippe qui sapientiae quidem definitionem, a Philosophia mutuaram, ad Jurisprudentiam suam transtulit, sed sensu, rebus suis accommodato. Id negari nequit, dum res diuinæ Jurisprudentiae obiectum facit VLPIANVS, Theologiae quan dam speciem Jurisprudentiae foro rorico iunctam uideri: id quod nec ab institutis Romanorum est alienum. Sed notari, pro illustratione huius rei, meretur, triplicem Antiquis fuisse Theologiam, VARRONE apud AVGVSTINV M Lib. VI. de Ciuitate Dei Cap. V. pulchre distinguente, Fabulariem, Naturalem et Ciuitalem. Fabularis, qua maximè uerbantur Poetae; Naturalis, qua Philosophi; Ciuitis, qua Populi, PRIMVM genus (idem porto addit) quod dixi, in eo sunt multa contra dignitatem et naturam immortalium facta. In hoc enim est, ut Deus aliquis ex capite, aliquis ex femore sit, aliis ex guttis

sanguinis natus: in hoc, ut Dii furati sint, ut adulterauerint, ut seruirint homini. Denique in hoc omnia Diis attribuuntur, quae non modo in hominem, sed etiam, quae in contemptissimum hominem, cadere possunt. At SECUNDVM genus est, quod demonstrauit, de quo multis libros PHILOSOPHI reliquerunt. In quibus est, Diu quid sint, ubi, quod genus, quale, ea quoniam tempore, an sempiterno fuerint, an ex igne sint, ut credit Heraclitus, an ex Numeris, ut Pythagoras, an ex Atomis, ut Epicurus. Sic alia, quae facilius intra parietes, in SCHOLA, quam extra, in FORO, ferre possunt avres. TERTIUM genus est, quod in VRBIBVS ciues, maxime SACERDOTES, posse atque administrare debent. In quo est, quos DEOS PVBLICE COLERE, quae SACRA et SACRIFICIA facere quenque par sit. Nimirum Theologia Naturalis proprie ad Jurisprudentiam non pertinet; quippe quae non agit de natura rerum vel de natura Deorum, aut corporum diuinorum. Igitur ad tertium genus, Ciuite nempe, restraininga uidetur definitio Vlpiana, atque adeo rerum diuinarum nomine ea, quae ad cultum Deorum, et Sacra in Ciuitate publica recepta, spectabant, intelligenda. Sicut e contrario res humanae non incongrue de negotiis ciuibibus; quae non Deos, sed homines, respiciunt, et de quibus in foro disceptatur, accipiuntur. Certe nec a mente uulnus, res diuinæ et humanae hoc sensu,

transierint, juri dominioque subiectas esse, credide-
B rit

su accipi ac distingui. Ita enim CICERO pro Domo: quid est, inquit, tam arrogans, quam de religione, de REBUS DIVINIS, ceremoniis facris, Pontificum Collegium docere conari. Scripsit quoque VARRO, CICERONI, coaeclus Libros Rerum Diuinarum, itemque Rerum Humanarum, qui haud dubius sunt desperdit, cum inter opera eius, quae extant, non reperiuntur. At ex iis, quae MACROBIO Lib. III. Saturn. Cap. 18. ex Lib. VIII. Rer. Diuinarum, ubi: Delabrum, ait, alios extimare, in quo praeter aedem sit area effusa, delum causam; allegantur, haud obscure colligitur, VARRONEM in his Libris agere de rebus ad cultum deorum pertinentibus. Vicissim ex Loci, quea apud A GELLIVM in Noct. Attic. passim; imprimis Lib. XIII. Cap. 12. et 13. ex eiusdem VARRONIS Libris Rerum humanarum leguntur; apparet, in iis de negotiis hominum ciuilibus, de iudiciis et rebus ad Judicium pertinentibus, ueluti in ius uocatio, preiunctione &c. praecipi. Sic et Pontifex Max. apud FESTVM in Ord. Sacerd. dicitur Judec atque arbitr ter rerum diuinarum, atque humana rum: quod PAVLVS FESTI Abbreuiator, ita interpretatur, quod Maximus rerum, quae ad sacra et religiones per tinent, Judec, uindexque contumaciae priuatorum Magistratumque fuerit, Conf. I. A. BOSII de Potif Max. Rom. Vet. c. IV. Atque haec rerum diuinarum atque humana rum explicatio demum quadrat ad duplum explicatio demum quadrat ad duplum in istam Societatem, de qua ab initio dictum, Sacram scilicet, et

Ciujem, Stoicorum quoque placitis apprime conuenientem. Secundum hos enim, et CICERO, L. I. d. Legib. prima est homini cum Deo Societas; altera cum homine: quarum altera religione, altera iustitia conferuantur. Videtur quoque CICERO Lib. I. de Offic. huc respexisse, resque diuinas et humanas: hoc sensu ad duplum hanc Societatem accommodasse: dum, illa Sapientia, inquit, quam principem (virtutum, puta) dixit, rerum est diuinarum atque humanarum scientia; in qua continetur DEORVM et HOMINVM COMMVNITAS, et SOCIEDAS inter ipsos. Et mox: Etenim cognitio Contemplatioque naturae manca quodammodo, atque inchoata sit, si nulla actio consequatur. Ea uero actio in omnium commodis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad SOCIETATEM GENERIS HUMANI. Sicuti porro qualibet Societas suo proprio regitur Jure: ita et apud Romanos alia erant Iura, quibus Societas, quam cum Djis, sacra faciendo, colere uidebantur; alia, quibus homines inter se in Societate Ciuiili qua tali, in dirigendis negotiis ciuilibus, publicis et priuatibus, utebantur. Prioris generis Jus Romanum Diuinum, posterioris generis Humanum salutarunt. Et CICERO, pro domo; alterum Jus Religionis, alterum Jus Reipublicae appellat. Prius iterum completebatur et Jus Pontificium, cuius interpretatio erat penes Collegium Pontificum, et Jus Augurale, quod ad Augures spectabat. Posterior Jus Ciuiile teli-

tit), atque adeo hoc nomine a caeteris rebus omnibus, quos
humani juris esse censuit, secernere voluerit: Sicuti enim
humani juris habentur, quæ in hominum patrimonio pri-
uato, uel publico sunt, aut esse possunt, et in quas adeo
jus et dominium hominibus acquisitum est, uel acquiri
potest: ita diuini juri res hanc dubie separatas prorsus
ab humano jure rationes habere existimauit, adeo, ut,
cum

etiquum, tam publicum, quam priua-
tam, comprehendebat. Atque sic in-
telligitur, Jus, sive Legem, ut ai-
CHRYSIPEVS summus Stoicae Sapientiae
Philosophus, omnium rerum hu-
manarum ac diuinarum esse reginam L.
2. n. de LL. Sicuti uero ab initio feri
Pontifices et Juris ciuilis erant interpretes
ita posterioribus temporibus Juris
Consulti quoque jus pontificium inter-
pretabantur, atque adeo iudicem doce-
bant, quibus hostiis, quibus diebus,
quo ritu, ad quae tempora, sacra facien-
da essent, quae sepulchorum et mo-
numentorum Jura, quae iustorum fu-
nebrium solennia. Conf. JAC. GVTHER
de Vet. Jure Pontificio L. 1. C. II. et
GOTHOFREDI Not. ad L. 10. §. 2.
or. de I. et I. Hinc uiri usque Juris, tam
diuinum, quam humani, scientiam in Ju-
ris consulto coniunctam esse oportebat.
Laudatur hoc nomine A. TEIVS
CAPITO, quod fuerit humani diuini-
que Juris sciens, apud TACIT. L. III.
et apud MACROBIVM L. VII. Cap. 13.
quod Pontifici Juris inter primos fuerit
peritus: itemque NERVA apud TAC.
Lib. V. quod fuerit omnis diuini huma-
nique Juris sciens. Denique uti qualibet
societas constat partim personis,

partim rebus, quibus personae ad finem
suum obtinendum atuntur; ita et in
Republica Rom, utraque haec Societas
suis gaudebat et personis, et rebus.
Atque huiusmodi res (nam de perso-
nis hic non est agendi locus) in Socie-
tate ista Sacra et Diuina erant illaciapie,
de quibus hic agimus, Res, nempe di-
uini Juris CAJO appellatae. Atque
sic ad liquidum, credimus, perducetur
est, et res diuina, et ius diuinum, et
res diuini juris, licet inter se cognati-
nem habeant, probe tamen ab iniuicem
secernenda esse. Siquidem Res diuinæ
notant ipsum cultum diuinum sive reli-
gionem, omniaque quae ad cultum
diuinum pertagendam pertinent: Jus
diuinum vero est norma, cultum diuini
dirigens. Res denique diuini Juris
sunt, quae religio onis causa, et ex pre-
scripto Juris diuini, plane ex iure ho-
minum in ius Deorum, ex mente
Ethnicorum, transierunt.

c) Dei enim esse huiusmodi res,
credimus fusile, diserte affirmat AGGE-
NVS VRBICVS in lib. de Limitib.
agrorum Conf. A COSTA it. MARCIL.
ad §. 7. I. de R. D. nec non Cel-
BOEHMER ad eund, §. 6.

cum solis Diis in eas jus competere creditit, nihil juris in eandem hominibus tribui posse, sibi persuaserit. Quocirca tales res in specialiori etiam sensu nullius, pura, hominis, in bonis esse, JVSTINIANVS, d) cum eodem CAJO, e) nec non MARCIANO, f) pronunciauit.

§. II.

DE MODIS REM DIVINI JVRIS FACIENDI VNIVERSIM.

Cum igitur Res Diuini juris, ex mente CAJI, salutentur, quae in Dei alicuius jure ac potestate, imo proprietate siue dominio, et veluti patrimonio, existunt: antequam ad huiusmodi rerumi species considerandas progrediamur, generatim Modi, quibus res diuini juris siant, stetandi erunt. Nimirum uti certi dantur Modi, tam naturales, quam ciuiles, quibus res humani juris ab homine in hominem transferuntur: ita et certi fuerunt Modi, usu

B 2

apud

d) S. 7. I. de R. D. ibi: Quod enim diuini juris est, nullius in bonis est.

e) d. l. 1. m. de Diu. rer. ibi: Quod autem diuini juris est, id nullius in bonis est.

f) L. 6. §. 2. cod. ibi: Sacrae res, et religiosae et sanctae in nullius bonis sunt. Nullius autem in bonis esse, absolute et per excellentiam dicuntur, ita, ut non solum in hominum patrimonio, siue publico, siue priuato, non sint, sed nec esse possint, atque adeo hominum commercio proflui sint exemplae. Ita tandem non omnes Interpretes hic. v. ACOSTA, MARCIL. HOPP, BOEH.

MER. ad d. §. 7. quamvis expressis verbis id in nulla lege ita dicatur, sed tantum argumentando inde colligatur. Id tamen mirandum, quod et Christianus Imp. JVSTINIANVS idem principium retinuerit, cum tamen istud ex crassima Gentilium Theologia (ut rectissime notauit Dn. BOEHMERVS l.c.) fluat. Ceterum, si rem recte acclimes, et Gentilium etiam hypothesis sequare, uestrissime omnino, sed paulo alio sensu, assertur, quod nullius sint huiusmodi res. Dii enim, quorum propriae esse credebantur, erant non - entia, i. e. nullae adeoque et res, quae Dei alicuius, ex mente Gentilium, uel, si maiis, deacti, erant, reuera nullius erant.

apud Romanos recepti, quibus res juri hominum eximi, atque in jus et potestatem Dei alicuius transire, diuinique adeo juris fieri, creditum fuit.

§. III.

DE DEDICATIONE VNUERSIM.

Modi huiusmodi uniuersim *DEDICATIONIS* a) nomine continentur. Nimurum *Dedicationis* uox in generaliori sensu non raro notat, rem ad certum usum destinare, usumue rei, idque ferme cum festiuitate aliqua, *auspicari* b): Saepius uero, rem alicui donare, siue dicendo dare, atque adeo proprietati alicuius ac domino eam destinare et addicere. c) Atque huiusmodi *Dedicationum*, in generaliori sensu acceptarum, uaria fuerunt genera d): aut enim sacrae fuerunt, ad sacros scilicet usus

a) *Dedicationis* nomen, in sua latitudine sumptum, utque tam amplum est, ut omnes reliquos modos sub ambitu suo compleatur. Siquidem non solum Templa et Arae, sed etiam Sepulchra et Monumenta, quin et Moenia et Portae, optimae notae Scriptoribus dedicari dicuntur, ut ex infra descendis patet. Conf. interim NOODT in Comm. ad or. 2. de D. R.

b) Ita POMPEJVS apud CIC. *Orat. contra Pisom.* ludis theatram a se factum dedicasse dicitur. Ita apud SVETON. VITELLIVS patinam, quam cypacum Mineruae dicitauit, summa luxuria dedicasse legitur. Et in NERONE, domus absoluta dedicata me-

moratur. Cuiusmodi dedicationis genus etiam Hebraeorum moribus receptum fuit. Ita Deuter. XX. s. extat: quis est homo, qui aedificauit domum non suam, et non dedicauit eam? uadat, et renervatur in dominum suum, ne forte moriatur in bello, et alius dedicet eam. Similia in seqq. de *Dedicatione uineae* leguntur. Fiebant autem huiusmodi *Dedications* per preces, primitiarum oblationes, eleemosynarum erogationes.

c) Ita Libelli Summis Principibusque Viris dedicari dicuntur, qui cum honoris pietatis, grati animi, significacione, per litteras eorum nominibus inscriptas, facta, iis donantur.

d) Ut scite obseruat JAC. GUTHIER.

usus, et cum consecratione coniuncte; e) aut *notiuae*, f) quae ex uoto siebant; aut *honorariae*, in honorem aliquius personae aut familiae factae g); *publicae*, hoc est, locorum, publicorum, et ad publicos usus h); aut *priuatæ*, rei priuatae, et ad priuatos usus i). In *specialiori* autem sensu *Dedicationis* nomine uenit actus, quo quid *Deo* hac ratione datur, eiusque proprietati, aut usibus, destinatur, destinatumque at-

B 3 tri-

de Veter. *Jure Pontific.* Lib. III. Cap. XII. in GRAEVII *Thesaur. Antiq. Rom.* Tom. V. p. 145. sqq.

e) De quibus deinceps hic ex insi-
tuo.

f) Quarum innumera apud uete-
res existant exempla, et inscriptiones in-
numerac, v. quae paulo inferius hic de
voto notata sunt.

g) Exemplo est *Inscriptio*, quae ex-
tat *Bisanti* in *Etruria* ap. GVTH. I. c.
VIRTUTI VISENT.

SACR.

M. MINATI. M. L. SAB. GALLI,
II. VIR. I. D. QVINQ.
MATERNVS FRATRIS
SVI. H. C. ET. OB. DEDICA
TIONEM HONORARIAM
VICANIS. FLVIVM. PO
PVLO. CRVSTVLVM. ET
MVL SVM. DEDIT.

h) *Dedicationes publicae* apud Romanos iidem multæ notantur et magnæ.
Ut *Theatrum Pompei*, quod dedicatum ab eo est, *adissegitur id Spectaculo*, in qua dedicatione spectacula cum musica, iudique gymnici editi. v.
DIO L. XLIII. LIII. LV. *Gymnasia*

quoque, *Horti*, *Campi*, *Trophæa*, de-
dicata uisa sunt. Quin et *Bibliothecæ*
dedicatae: quod inuenimus *Afinii Poli-*
lions fuit, qui primus Romæ Biblio-
thecam dedicando, ingenia hominum
rem publicam fecit. *Opera* illa uel
Dei aliquius, uel loci, uel authoris no-
men habuerunt. Nec illis adscribi aliud
nomen debuit, quam *Principis* aut *eius*,
cuius pecunia opus factum esset. Ce-
terum opera huiusmodi non fuerunt
dñini iuris, sed *humani*, nempe uni-
uersitatis. §. 6. I. de R. D. ut recte
obseruat GVTHER. I. c. p. 174. licet po-
steriores Imp. ea iuris templorum esse
fanxerint. v. L. 40. de Operib. publ.
Cod. Theodos.

i) De huiusmodi *Dedicatione* prio-
nitæ haud dubie accipienda uerba §.
5. I. de R. D. Si quis autem auctorita-
te sua quasi *sacrum* sit constituerit, *sac-*
rum non est, sed *profanum*: itemque
FESTI, in v. *Sacer Mons*, quæ instar
commentarii in hunc textum esse pos-
sunt, ubi scribit: *Quod autem pri-
uati, sicut religionis causa, aliquid ea-
rum rerum dicarent, id Pontifices Ro-
manos non existimare sacrum.*

tribuitur et addicitur. k) Sed hic duo, quibus omnis Dedicatio constabat, distingvendi ueniunt acrus. Primus est *Destinatio*, qua quis rem Deo dandam decernebat, siue mente et cogitatione dabat, idque quacunque ratione declarabat. Qualis saepius per modum *Vot*1)** concipiebatur, quo quis, ex singulari pietate, sub conditione certi euentus, uel grati animi testandi causa, Numini quid pollicebatur, ac lingua nuncupabat. m) Atque huiusmodi *Desti-*

na-

k) Rotunde ISIDORVS L. VI.
Orig. ait: *Omne, quod Deo datur, aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, unde et appellatur.* Unde simul intelligitur, generaliorem esse *Dedicationis uocem*, et non solum ad res sacras pertinere, sed etiam res alias, quae Deo quidem dantur, non ramen consecrantur.

l) De hoc primo *Dedicationis* actu loqui uidetur POMPONIVS in L. pen. n. de part. quod nemo paciendo efficeri possit, ne sibi locum suum dedicare licet: propter summum scil. religionis fauorem, uti recte obseruat SVMMERMANN, εν τοῖς πρότοις τ. de R. D. §. 15. Exemplum eiusmodi rei, per solam *destinationem* Deo dicatae atque *donatae*, nondum uero traditae, memorat CICERO IV, in *Verr.* Candelabrum scil. a gemmis clarissimis opere mirabiliter perfectum, quod Regis Antiochi filii Romanum attulerunt, ut in Capitolio in sella Iouis ponerent, sed cum templum nondum perfectum offendenter, illud neque ponere, neque profere ac uulgo ostendere, utrum se-

cum reportare in Syriam statuerunt; donec simulacrum Iouis dedicatum audiissent, a Verte autem postea erexitur. Quo nomine VERIEM grauissime incutat CICERO V, in *Verr.* atque Jouem obtestatur, uerb: *Nunc te Jupiter O. M. cuius iife D O N V M regale, dignum tuo pulcherrimo templo - - tibi factum ab Regibus, tibi LICATVM, atque, PROMISSVM, per nefarium scelus de regis manibus extorxit - - imploro atque obtestor.*

m) Ita Templorum constructiones, iussu Populi, uel Magistratum, aut Imperatorum *Voto*, cum bella suscipiuntur, aut in ipso discrimine pugnare. Diis promitti solebant, quae plerumque XL post annos, aut amplius, dedicabantur. Huiusmodi erat *Votum Appii Consulis* apud LIV. L. XXXVI. cuius formula: *BELLONA SI HODIE NOBIS VICTORIAM DVIS, AST EGO TIBI TEMPLVM VOVEO.* v. JAC. GVTHER. de *Vet. Jure Pontif.* L. III. C. XII. *Votum* autem nuncupatum et in tabula prescriptum ad genuastaurarum arat affigere: Et

natio, aut Votum, instar tituli erat, unde Deo ueluti jus ad rem acquirebatur. n) Alter Dedicationis actus est *In-
ditio*, sive *Datio* actualis, qua scil. rei, Deo destinarae, pro-
prietas ac possessio, uerbis, uel factis, in Deum uelutitran-
ferebatur.

§. IV.

DE DIVERSIS DEDICATIONIS MODIS.

Quemadmodum uero *Traditio* apud Romanos alia erat *Naturalis*, sive *nuda et simplex*, alia *Ciuilis*, sive *solen-
nis*, ueluti *Mancipatio*, quae solenni ritu, solennibusque formulis adhibitis, peragebatur: ita et *Dedicatio* alia erat *solen-
nis*, qua res Deo, diuinisque usibus, destinata, solenni ritu in eum transferebatur, atque sic dominio ipsius,

fir-

Et cum uoti essent compotes facti, tabula, uel alia quadam re, in templo suspen-
sa, id testari solebant, v. JVVEN. L. X.
¶. 55. et XII. §. 27. Cumque deinceps rem, quam uouerant, dedicabant Voti quoque in Inscriptione rei dedicatae mentio fieri solebat: ut doceat uetus Inscriptio, quae est Romae, apud GV-
THER. L. III. Cap. X. haec:

SOLI. INVICTO. MITRE.

M. VLP. MAXIMVS PRÆ
POSITVS. TABELLARI
ORVM. ARAM. CVM
SVIS. ORNAMENTIS
ET BELA DOMINI
IN SIGNIA. HABENTES

N. IIII.

VT. VOVERAT. D. D.

n) Nuacupatio eiusmodi uoti fieri

solebat uerbis solennibus, praecunte Pontificis. Cuiusmodi formula, præter eam, quae modo sub lit. (l) allata est, alia extar apud LIVIVM l. c. ibi: SI DPELLVM, quod cum Antiocho Rege sumit Populus, EX SENTENTIA Senatus Populiique Rom, CONFECTVM, tum tibi, Jupiter, Populus Rom, Iudos magnos dies continuos faciet: DONAQVE ad puluaria DABVNTVR, de pecunia quantum Senatus decreuerit, quisque Magistratus eos Iudos, quanta ubique faxit, bi ludi recte facti, DONAQVE DATA recte sunt. Conf. JAC. GV-
THER. de Vet. Jure Pontif. L. IV. et C. XIII.

o) Diserte VLPIANVS in L. 2.

n. de Polit. Si quis rem aliquam nouera-
rit, nota obligatur,

firmissimo ueluti nexu, mancipabatur *a*); alia *nuda*, et *minus solennis*, quae uerbis, aut factis qualibuscumque absoluuebatur. Sed et interest, ad quos usus, priuatos *b*), an publicos, sacros, religiosos *c*), aut profanos *d*), res dedicaretur. Siquidem pro hac diuersitate diuersis etiam solennibus, imo saepe, pro re nata, etiam sine ulla solennitate, Dedicatio fieri solebat.

§. V.

DE REBUS SACRIS RELIGIOSIS ET SANCTIS VNUERSIM.

Divini autem Juris, ex mente IVSTINIANI aequae, ac CAJI, censentur portissimum Res *SACRAE* et *RELIGIOSAE*. Sed et *SANCTAE* quodammodo diuini juris iisdem habentur *a*). Qua in parte uti conueniunt hae tres rerum species: ita singulae, iterum separatas quodammodo rationes ab inuicem habent, atque uti nominibus, ita et re ipsa, in Jure Rom. secernuntur. Quamuis negari nequeat, tria haecce uerba speciali plane, ac solis fere JCris usi-

a) De hac extat testimonium LIVII L. IV. C. XX. ibi: *Spolia in aede Jovis Feretrii, propo Romuli spolia, quae prima opima appellata sola ea tempestate erant, cum SOLENNI DEDICATIO-NE dono fixit.*

b) v. not. (*i*) ad §. praececd.

c) Eutar quidem MARCILIUS ad §. 8. *I. de R. D.* locum religiosum non dedicari, sed religiosum fieri. At nihil impedit, quo minus in latiori sensu etiam dedicari dicatur: Siquidem *Dio-ii. Manibus Sacra frequenissime, interdum et dieata. Sepulchra et Monu-menta in marmoribus leguntur; exem-*

plo Inscriptionis apud GRVTER. f. 867. r. ibi:

HAEC AEDIFICIA PROPRIA COMPARATA FACTA DICATAZ- SVNT MONVMENTI. SIVE SEPVLCRVM.

Quam in tem. et GERH. NOODT Comm. in π. t. de D. R. Oper. T. II. p. 37. obseruat, sacrum locum dici dictum Diis superis: religiosum Diis ma-nibus, i. e. inferis: ac superis tan-tum publice: inferis etiam priuatae.

d) v. not. (*b*) ad §. praececd.

*§. V. *a*) v. d. L. pr. π. de D. R. et §. 8. p. 10. L. de D. R.*

usitato, significatu hic accipi: cum aliorum Scriptorum usu hac ratione uix distinguantur, sed promiscue plerumque usurpentur. b) Ceterum nec de differentiae ratione ac origine circa has tres rerum classes eadem est Interpretum sententia c).

C

§. VI.

b) Obseruerunt promiscuum harum uocum usum iam veteres scriptores, Ita enim TREBATIVS Lib. X. Religionum apud MACROB. Lib. III. Saturnal. c. III. scribit: SANCTVM est interdum idem, quod SACRVM, idemque quod RELIGIOSVM. Ita etiam FESTVS POMPEIVS, Lib. XVII. Siquidem quod SACRVM est, idem lege aut instituto maiorum, sanctum esse, putant, ut uiolari id sine poena non possit. Idem RELIGIOSVM quoque esse, quoniam sit aliquid, quod ibi homini facere non licet; quod si faciat, aduersus Deorum voluntatem uideatur facere. Obseruerunt quoque eundem promiscuum harum uocum usum nonnulli ex recentioribus Juris Interpretibus: ut BACHOVIVS ad §. 5. I. de R. D. et ad WESENBECK. n. de R. D. que est. 2. ubi, genuina et Latina significatio, Sancta, Sacra, et Religiosa, generalius atque ita accipi, notat, ut fere unum de altero praedicetur; itemque SCHVLTING. in Enarrat. n. de R. D. §. 9. MANTZIVS in Comm. ad I. de R. D. et Dn. LEYSER, in Medit. ad n. Specim. XXII. n. 1. Si Aram Herculi a Romulo erectam ALEX. ab ALEX. E. II. C. XIV. memorat, additique, quod Ara haec religiosissima fuisse tradatur. Sic et CICERO pro L. MA

NIL. Fanum appellat religiosum. Et quid frequentius, quam Sepulchrum quoque Sacra vocari: ut ex tot Lapidum Sepulchralium et Marmorum Inscriptionibus apud GRVTERVM aliasque, in quibus istud D. M. S. i. c. DIIS MANIBVS SACRVM, legitur, apparet.

c) Originem et rationem tripartitae huius divisionis plurimi Juris Interpretes repetunt a tribus istis classibus, in quas Deos suos Romani gentiles distribuerunt: dum alias Superos, alias Inferos, aut Manes, alias denique Medios sive Medioximos, i. e. Heroes sive semideos, salutarunt. Unde res Sacras Diis superis, Religiosas inferis, Sanctas denique semideis dedicatas fuisse, existimant. Ita nimium sentiunt JOACH. HOPPERVS ad §. 7. I. de R. D. HARPRECHT ad eund. §. n. 3. MANZIVS ad eund. n. 4. NOODT l. c. Oper. T. II. p. 37. HEINECC. Antiquit. Rom. Synt. L. II. Tit. I. §. 2-5. et Elem. Jur. Ciu. sec. Ord. Inst. t. de R. D. I. CCCXIV. sqq. LVDOVICI Doctr. Pand. t. de D. R. §. 6. 8. 9. ALEANDER quoque in Not. ad CAJI Inst. l. c. lit. g.) eandem sententiam certa ratione probat, ubi: Sacra Diis superius et majoribus, religiosa Diis Manibus, dedicata fuisse, et ideo

§. VI.

DE REBUS SACRIS IN GENERE.

SA-

ideo proprie *divina dicta*, assertit, *Sancta* vero minus proprie, quoniam nullis diis dicata fuerint; quamvis mox sententiam corrigit, et, quoniam *Ciuitates Deos* habuerint tutelares, quorum custodiae portas et moenia commendata fuerint, ideo *divini Juris quodammodo* dici posse, imo et deduci consueuisse, agnoscit. At dubia quaedam superioris laudatus Dn, LEYSERVUS in *Medit. ad n. Specim. XXII.* n. 1. mouet aduersus hanc conjecturam, qua nullam sibi olim *ingeniosorem* rem usam esse, quamque sibi quidem non displicere, testatur, si modo *autocritate veterum* firmata esset; at hunc defectum eam sibi *suspectam* reddere, fatetur. Prouocat scil. ad MACROBIVM, qui *Saturnal. Lib. III. C. III.* differentiam inter res *sacras*, *sanctas* et *religio/as* explicet, nihil tamen habeat, quod eo trahi possit. Urget quoque, *Antiquitates Romanas* insipientibus ignotum esse non posse, *Tempora*, quas sine dubio res *sacrae* erant, non diis *superis* solum, sed et *semideis*, *Herculi*, *Romulo*, *Caesari*, quin et *inferis*, *Plutoni* et *Proserpinae*, dedicatas fuisse. *Aras* etiam, diis manibus *sacras*, constitutas; quod apparet ex duabus apud GRVTERVM fol. 726. et 1035. reperiundis, inscriptionibus, quarum prima:

DIS. MAN.

HIC. MATRIS. CINERES.
SOLA. SACRAVIMVS. ARA.

altera:
 C. MINDIVS C. L. PACORIVS.
 ARAM, DIS, MANIBVS. SACRAV.
 Contra addit, res *sanctas*, inter quas et statuas Principum, et personae eorum, aliaque fuerint, *semideis* confrateras fuisse, nullibi reperi. Potius ex Macrobi loco supra memorato, colligi, res *sanctas*, quae proprie sic dicebantur, ad neminem Deorum pertinuisse. Adeoque de origine istius determinis sic sentiendum arbitratur: Res *Sacras* fuisse, que Deorum omnis generis cultui inferiebant; res *Sanctas*, propter solam Reip. utilitatem, aduersus uiolatorum graviori poena munitas fuisse; res denique *religio/as* neque ad deorum cultum, neque Reip. utilitatem, sed ad honorem familiarium, et memoriam defunctorum, pertinuisse. Ita quidem Vir Celeberrimus satis crudite: Et parum abest, quin et nos calculum nostrum ei adjiciamus. Pauca tamen, pro maiori luce huic rei foeneranda, hic addere atque notare licet. Primum quidem non proflus negandum uidetur, uestigia quaedam discriminis allegati, saltum quod ad res *Sacras* et *Religio/as*, apud veteres etiam scriptores reperi. Spectat huc locus LIVII L. XXXI. c. 30. ubi Achenejens in Paratetolio de Philippo, id se queri, aiunt, quod is, qui Romanos alienigenas, et barbaros vocet, ideo omnia suam *divina humanaque* jura polluerit, ut prior populatione cum *inferis* Diis, secunda cum *superis* bellum nefarium gesserit: omnia

Sacri uox uarie accipitur ^{a)}, Hoc loco Res Sacrae
G 2 di-

omnia SEPVLCHRA, monumentaque
divuta esse in finibus suis, omnium nu-
datos MANES, nullius offa terra tegi
DELVBRA libi fuisse, quae quandam
pagatim habitantes in parvis illis ca-
felliis nicasique consecrata, ne in unam
urbem quidem contributi maiores sui
defertia reliquerint. Quo in loco Se-
pulchra haud obscure Diis Inferis et
Manibus, Delubra uero consecrata Diis,
Superis tribuuntur, Spectat quoque hue
locus PLVTARCHI, qui in Quæstio-
nibus Romanis scriptis: τὰ εἰς ἡρα-
ῖν ισπά, τὰ εἰς ἄδειας ὅστις τοῖς
ταλαιποῖς ἢν προσταγόγευεν; ubi
H. GROTIUS in Florum Spars. ad
Jus Justinian. Inst. L. II. T. I. uerb.
Religiosum locum quisque; explicationis
causa additæ intelligit dñs SUPERIS
dicata dici SACRA, INFERIS RELI-
GIOSA. Hac in parte quidem facile
nos conscientes habet JCtus Do-
cetissimum, quod Tempa non solum Diis
Superis, sed etiam Semideis, quin et
Inferis dedicata, aut Arae iisdem sacra-
tae fuerint. Cuiusmodi Ararum plu-
rima extant exempla apud PETR. BER-
THALDV. de Ara. Largimur quo-
que, citra veterum auctoritatem forte
aliter, quod res sanctæ semideis fuerint
consecratae, quandiu testimonia
huius rei deficient. Ceterum non ni-
hil veritatis in praedicta opinione late-
re, non prouersus negandum; atque in
rebus religiosis etiam, quin et sanctis,
aliquam Deorum rationem habitam, et
in illis quidem Inferorum, uel Manum,

in his uero Tutelarum, quamvis ano-
nymorum, inque utroque genere his
Dñs Jus quoddam tributum fuisse, uix
dubitandum videtur; cum alias diuini
juris haud conferi, et neque illas so-
lus familiarum honor, neque has sola
penalis sanctio tales facere potu-
isset.

a) Sacrum in generaliori sensu Ro-
manis dictum, quicquid Deorum ho-
nori instituebatur, v. BARTH. ad
L. II. Thebaid. Statii p. 643, uel quic-
quid destinatum erat Diis, ut ait MA-
CROB. Saturn. L. III. c. VI. Atque
hinc primum Sacrorum nomine uenie-
bat ipse cultus Deorum qui Sacrificis
maxime et Precationibus absoluebatur:
ut adeo sacra facere idem sic ac rem
diuinam facere, sive cultum diuinum
celebrare. Romanorum ueterum enia
Religio omnis in Sacra et Auspicio di-
spertita fuit: Sacris Pontifices, Auspicis
Augures praefuerint; ut ex CIC. L.
III. de Nat. decr. docet GV THER.
de Vet. J. Pontif. L. I. C. III. Dein-
de Sacras appellabantur Res, quaecun-
que facis faciendis, sive cultui deo-
rum, inferuiebant. De his loquitur
TREBATIVS L. I. Religion. apud MA-
CROB. saturnal. L. III. C. III. ubi:
Sacra est, ait, quicquid est, quod Deo-
rum habetur (uti quidem tantum non
omnes legunt: cum contra ALEX. ab
ALEX. Genial. dier. L. VI. c. XIV. uo-
cen, ergo, inferuam habeat, et legit;
quicquid Deorum ergo habetur; quae
lectio paulo diuersum a priori sensum
haberg

dicuntur, quae publice, i. e. publica Populi aut Principis auctoritate, Deo alicui dedicatae, atque rite, i. e. solenniter, prisco instituto ac more maiorum, per Pontificem, ad ministerium Dei consecratae sunt b). Res huiusmodi sacrae duplices fuerunt generis: Aliae enim immediate sacris faciendis sive cultui diuino celebrando, inferuebant; aliae mediate. Prioris generis erant non solum Loca, ubi Sacra peragebantur, ueluti, Templa c)

Aedes

habere uidetur;) sive aedes, sive ara, vel signum, locu, aut pecunia, sive quicquid aliud more instituto que ciuitatis ritus diis consecratam fuit. Idemque AELIVS GALLVS apud FESTVM v. Sacer Mons, ubi ait: *Sacrum esse, quodcumque modo atque instituto. Ciuitatis consecratam sit, sive aedes, sive ara, sive signum, sive locus, sive pecunia, sive quicquid aliud, quod Diis dedicatum atque consecratum sit.* Tertio denique, peculiariter sensu, sacer dicebatur homo, ut ait FESTVS, quem Populus ob maleficium sacram indicauit, sive, qui per execrationem diis deuotus, atque ita sacratus erat, ut impune occidi posset. Hinc Tribunalia lex: *Si quis eum, qui plebisito sacer sit, occiderit, parricida ne sit.* Cuius rei rationem ex TREBATIO MACROBIVS L. III. Saturn. C. VI. hanc reddit: quod licet omnia sacra, tanquam Diis debita, violare nefas esset, hominem tamen sacrum et Deo deuotum morte afficere nefas non putarunt, tanquam illius anima diis deuota, amplius humani commercii non sit; sive, ut FesTUS L. XVII. ait, quod animas, quas sacras in coelum mitti posse arbit-

trati sunt, uiduatas corpore quam pri-
mum illo ire voluerunt. Ceteros Sacri
significatus, a Lexicographis relatios;
hic nihil morarunt.

b) v. S. 4. I. de R. D. ibi: *Sacrae res sunt, quae rite per Pontifices Dei consecratae sunt. L. 6. S. 3. n. de D. R. ibi: Sacrae autem res sunt haec, quae publice consecratae sunt. L. 9. pr. ead. ibi: Sacra loca ea sunt, quae publice sunt dedicata. S. 1. ead. ibi: Sciendum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicauit, vel dedi-
candi dedit potestate.*

c) *Templum an a tuendo, i. e. ui-
dendo, dicatur, quasi tuemplum, inde-
que contemplari sit, ut VARBO de
LL. p. 66. 67. tradidit, an a templando
potius templum, ut alius placet, adeo-
que utroque intuitu generatim signifi-
cat spatium, quod uidemus, ut NIEV-
POORT de Rit. Rom. S. IV. c. III. definit,
an uero idem sit, quod Graecum τί-
μαρος, a τέμπω, seco, quasi portio
alicunde sectione ablato, adeoque nor-
tet partem agri separatum, ac Deo di-
catam, ut, cum AEGIDIO MENA-
GIO*

Aedes sacrae, Fana, Delubra, Sacer-

C 3

la

GIO Amoenit. Jur. Ciu. C. XXXIX. p. 393. et BENED. PICRETO Diff. sur les temples cap. I. p. 5. existimant C. F. REINHARDVS in Diff. Inaug. sub preludio Celeberrimi I. H. BOEHMERI habita C. I. Sect. I. §. 3. nostri qui-
dem instituti nunc non est prolixus disputatione; quamvis has sententias facile concilari posse existimemus. Nobis non dubitandum videtur, uerbum hoc augu-
rale esse, atque de celo in terram deduc-
tum, quippe notans regionem coeli,
huc spatium in celo ab Auguribus in-
tendo definitum. Augures enim au-
spicia captatutis, oculis, et luto, i. e.
baculo incurvo, coeli regiones, secun-
dum quatuor mundi cardines parti-
abantur certumque conceptis uerbis de-
signabant spatium, atque e terra in
coelum describabant: quod spatium
Templum appellatum, v. LVCRET.
L. II. v. 1043. LIV. L. I. c. XXXVIII.
JO. BAPT. BELLI Diatr. de Partib.
Templi Augur. C. I. et VII. in Thesauri
GRÆVIANII Tom. V. Unde deinde Coel-
um ipsum, qua tuimur, ut ait VARRO
I. c. Templum dictum; ut est in Heuba
apud eund. O magna templo coeli tum
commixta stelleis splendideis. Sed et in
terris, ut idem tradit VARRO, di-
ctum Templum locus augurii aut au-
spicii causa, quibusdam conceptis uer-
beis finitus. Hinc sicuti Coelum domi-
ciliu Numinis creditum, imo tem-
plum eius uocatum fuit, secundum il-
lud ap. VARR. Contremuit Templum
magnum Joui altitonante; ita tandem
Templum salutatum Aedes sacra, se lo-

cus, Dei alicuius habitaculo et cultu
destinatus, augurato spatiis definitis
confititus, muroque clausus, ac rite
per Pontifices dedicatus atque confe-
cratus; v. A. GELL. L. XIV. C. VII.
unde et *Templo augusta uocata*, secun-
dum illud OVIDII Fast. 1. 6. (og.

Sancta vocant, Augusta patres, Au-
gusta vocantur
Templa, Sacerdotum rite dicata
manu.

Prima uero Templorum origines sunt
obscureae. In principio enim rerum
cultus diuinus fuit simplex, nec ad cer-
tum locum adstrictus. Successu autem
temporis homines simplicitatis forte
pertueri, cum aliqua pompa et magni-
ficentia Deum colere cupientes, certa
sibi loca elegerunt, ubi sacra facerent;
imo tandem certas aedes, satis splen-
didissimas atque amplias sibi extinxerunt, ut
cum aliqua solemnitate ac celebritate
sacra sua facere possent. Observauit
hoc etiam HERM. WITSIVS in
Egyptiacis L. III. C. X. §. 3. atque
TRANQVILLI et ISIDORI testimo-
nio firmas sequenti: *Quoniam primum*
homines exuta feritate rationem uitae
habere coepissent, segue ac Deos nosse,
cultum modicum ac sermonem necissari
*rum commenti sibi, utrusque magnifi-
centiam ad religionem Deorum suorum*
excogitauerunt. Igitur ut Templo illi
*domibus pulchriora, et simulacra corpo-
ribus ampliora, facerant, ita eloquio*
etiam quasi augustiore honorandos Deos
*putauere. Quaenam uero gens id ex-
perit, an una sola, an plutes simul, Ju-*
dice

la, d) *Luci*, e) itemque *Arae et Altaria* f), super quibus sacra fiebant, necnon *Statuae et Imagines Deum*, g) sed

dice eodem WITSIO, adeo in obscuro est, ut nisi diuinando nemo dixerit. Pleisque origenes Templorum non minus, ac omnis superstitionis ethnicae, ad Aegyptios referunt. Diserte HERO-DOTVS in Enterpe testatur; Duodecim Deorum nomina primos Aegyptios existimasse, atque Graecos ab illis coepisse, eosque primos Aras, et Imagines, et Tempa Diis sibi erexisse. Quamuis neque haec sententia extra omnem dubitationis aleam posita videatur, Nec certum, aniam ante Tabernaculum Mosaicum, et Templum Hierosolymitanum, Tempa gentibus fuerint. Ceterum uero omniitudine non caret conjectura, quod uel ab *Aris circumfexit*, uel *a seculis Heroum aut Regum*, saltem apud nonnullas gentes, prima Templorum initia deriuanda videantur; uti nec WITSIVS proflus abnuit, et REINHARDVS in Disp. supra laudat pluribus edidicit: nostri uero instituti ratio curatus in haec omnia inquirere non patitur.

d) Omnia haec in eo conueniunt, quod fuerint loca, Diis, eorumque cultui, dicata, uel muris saltet, uel simul ecto, claufa. Unde et promiscue eorum nomina usurpantur: licet etiam distinguantur. Aedes autem *Sacrae*, quas et JVSTINIANVS exempli loco adducit, horum omnium genus esse uidentur. Ceterum de discrimine eorum conferri potest, GVTHER. de uet. J. Pontif. L. II. C. III, et NIEVPOORTI, c.

e) i. c. *Sylvae Diis sacrae*, v. GV-
THER. C. IV, et NIEVPOORTI, l. c. *Lu-*
cos huiusmodi olim solos *Diis conse-*
cratos Germani haberunt, quippe
Deos parietibus haud *cohibendos arbi-*
trati, memorante TACITO de M.
G. C. IX.

f) Ara erat locus purus et sacer, e
terra elevatus, caedendis et immolan-
dis victimis destinatus, habendisque
praeactionibus praeparatus, uti definit
PETRVS BERTHALDVIS libro singula-
ri de *Ara* C. I. §. 1 in *Theb. GRAEV.*
Tom. VI. A qua differebat *Altare*, ab
altitudine, quasi *alta ara*, nominatum,
solisque Diis superis dicari solitum; cum
Ara etiam *terrestribus* et *inferis* statuer-
etur, v. BERTHALD. C. II. §. 1, et
GVTHER de uet. J. Pont. C. III.
C. VI.

g) *Statuae* siue *Imagines*, quas
εἰδολά vocabant, erant signa siue si-
mulacra illius Numinis, cui templum
erat dedicatum, quae rite consecratae
ab eodem Nume insideri credeban-
tur: siquidem Numen istud per folen-
ne consecrationis carmen non solum
parietibus templi coerceri, sed et ipsi
statuae includi, miseri gentiles sibi per-
suaderunt. Unde statuas ipsas aliquan-
do Deos salutarunt, atque ut Deos
ipsos coluerunt. Quamuis pruden-
tiores aliter sensisse, TVLLIVS Act.
IV, in *Verr.* testis esse possit: *Quis, ait*
ille, tam coetus in contemplandis rebus
unquam fuit, ut non uideret species istas
bo-

sed etiam *Vasa sacra*, b) quae sacris faciendis, ut instrumenta, adhibebantur, nec non *Donaria* i), locis sacris maxime exornandis dicata. Posterioris generis sunt *possessiones sacræ*, ex quibus sumptus ad sacra parabantur: quales ex hostium, vel Ciuium damnatorum, bonis fiebant; quippe quorum fundi, pecunia, familia, Deo alicui dicabantur k).

§. VII.

hominum collatas in Deos, quo facilius animi imperitorum ad Deorum cultum & utræ prauitatem conuerterent, aut superstitione, ut essent simulachra, quæ uerantur Deos ipsos adire crederent. Ceterum huiusmodi *Idola* necessaria erant pars et præcipuum ornamentum *Templorum*: quippe quorum causa *Tempa* fere omnia statuta sunt: scilicet ut Deos suos in illis ueluti ad manus haberent, atque, ut Ethnicus apud ARNOBIVM L. VI. aduers. gent. p. 192. loquitur, eos coram et cominus contuevi, affari de proximo et cum præfentibus, quodammodo uenerationum colloquia miscere posset. Conf. GVTHER. L. 3 c VII. VIII. et L. IV. C. XXII. REINHARD. d. Disp. l. c. §. 8.

b) *Vasa sacra*, ipsa σκάνη Νον, LXX. c. 10. erant uaria utensilia sive instrumenta sacrata, quibus ad sacra facienda utebantur, sive, ut MACROBIVS L. III: Sat. C. VII, loquitur, quae instrumenti instar habent, quibus sacrificia conficiuntur: qualis et litteris notata fuerunt, et facile dignosci potuerunt. v. GVTHER. L. IV. c. XXIV. et NIEVPOORT c. III. ubi Syllabus eorum extat.

i) *Donaria* alias dicebantur loca ubi dona oblata collocabantur; sicuti *Sacramentum* erat locus in templo, in quo sacra reponerabantur. v. GVTHER. L. tii. C. ix. At nobis hic *Donariorum* nomine uenient ipsa *Dona Diis* dicata atque oblata *isq; αὐθιδητα, ποσμίατα, HESYCH.* ueluti *Spolia optima*, v. supra not. (a) ad §. IV. it. *Pecunia, Ornamenta MACROB.* iii. Sat. c. VII. *Ornamenta* sunt, *clypei, coronæ, et huiuscemodi donaria*. Exemplum *Clypei* dedicati, in cuius extremo circulo nomen dedicantis, TI. JVLIVS, ALEXANDER. D. D. DIIS. SANCTIS, in interiori nomina ipsorum Deorum, sunt inscripta, et apud SCHVLTING in not. ad CAJ. f. L. t. T. II. p. 27. Add. GVTHER. l. c. cap. VIII. Eodem sensu et Imperatori in §. 8. f. d. R. D. *Donaria* dicta uidetur. v. GROT. in *Flor. Spars.* ad v. *Donar.* VINN. ad f. ibid. it. MATHIAS in Comm. ad f. ibid.

k) Quae est obseruatio I, GVTHER. II L. IV. c. XXII. Plerunque enim moris erat, ut etiam obseruat HOMANNVS ad §. 4. j. de R. D. ut *damnatorum bona publicata*, quo religio ne aliqua, quali clauso trabali figeren-

tar,

§. VII.

QVIBVS MODIS RES SACRA FACTA EVERIT.

Actus modusque, quo Res apud Romanos Sacra fiebat, uno uerbo *DEDICATIO*, et quidem *SACRA*, ac *SOLENNIS* ^{a)}, appellatur: quippe qua *Res*, Deo alicui, ad sacros usus, cultumque diuinum, destinata, solenni ritu, eidem Deo, ad eosdem usus, veluti tradebatur atque addicebatur. In quali Dedicatione adeo duo discernenda: 1) Traditio ipsa, qua is, qui rem suam, opusue suis sumtibus extrectum aut confectum, Numini cuidam, ad sacros usus, cultumque diuinum, destinauerat, verbis factisque declarabat, se iam rem istam, abdicato suo in illam dominio, totam Deo occupandam relinquere, eiusque proprietati, ac usibus sacris diuinisque, penitus mancipare atque addicere; 2) Solennitas, huiusmodi Traditionem comitans, uel interdum praecedens. Illam *Dedicationem* in specie distinctio-
nis causa, uocare possis; Haec speciatim *Consecratio* ap-
piliari suevit ^{b)}. Quamuis et totus *Dedicationis* huius
sacrae

tur, consecrarentur, quod in Ciceronis
damnati et exulis domo usu venit:
item ut in aliorum permulcitis, de
quibus in eadem oratione (scil. pro
domo) commemorat. Hinc Tarqui-
niorum ager, qui inter Urbem ac Ti-
berim fuit, consecratu Marti, Marti-
us deinde Campus fuit, ut LIVIVS
tradit Lib. II. Haec HOTOMANN.
Fundū eiusmodi faciat memorabile
extat exemplum ap. XENOPHONT.
de Expedit. Cyri L. V. p. 351. ubi re-
fert, sc̄ in vicinia Fani Dianaē faciat,

Columnam reperisse, cui haec uerba
inscripta:
FVNDS. DIANAE. SACER. EVM.
QVI. POSSIDET. ET. FRVCTVS.
EX. EO. PERCIPIT. QVOTANIS.
CONSECRATO. DECVMAN. DE. RE-
LIQVO. FANVM. SARTVM. TE-
CTVM. SERVATO.

a) v. supra §. IV. ibique in not. a)
testimonium LIVII.
b) Distinguit *Dedicationem* et *Conse-
crationem*.

sacrae ac solemnis actus, eo quod maximam solemnitatis partem ritus sacri in eo faciant, etiam *Consecratio* salutari, atque adeo duae hae uoces promiscue de uno eodemque actu usurpari soleant. Ceterum, accurate loquendo, *Dedicatio* proprie ad eum pertinebat, qui traditionem solemnem, dictis et factis, publico nomine, peragebat, atque adeo aedificii absoluti solemnem dationem significabat: c) *Consecratio* uero proprie ad Pontificem spectabat, qui ritus sacros in tali actu peragebat d).

S. VIII.

QVIS DEDICARE POTVERIT?

Licet autem, *actu* quidem minus *solenni*, destinatione, puta, ad sacros usus, ac traditione nuda, rem suam, aut opus suis sumptibus extructum a), quilibet,

D ceu

Consecrationem non solum ISIDORVS in loco supra not. b) ad §. III. ubi dicit: Omne, quod Deo datur, aut dedicatur, aut consecrat: sed etiam AELIVS GALLIVS v. supr. not. a) ad §. i. distinet ait: quicquid *Dix dedicationem*, atque *consecratum* sit. Notat quoque ANT. MATTHÆI in *Comm. ad J. t.* de R. D. §. 8. n. 12 esse, qui disputant, *Consecratio* et *Dedicatio* utrum inter se differant; ipse uero putat, differentiam non attendi magnopere. HOTOMANVS uero in *Comm. ad J. S. 4. d. T.* *Consecrationem* et *Dedicacionem* ita distinguunt, ut illam tantum in *consecrando* bonis damnatorum locum habere, ac sine Pontifice, a Tribuno plebis fieri posse; hanc uero a JVSTINIANO

h. l. intelligi, nec sine uniuerso Pontificum collegio fieri posse, putet; sed quam parum accurate, ex infra dicendis patet.

c) Ut ap. PLIN. L. IV. Epist. 1. ibi: *Templum pecunia mea extructi, cuius dedicationem, cum sit paratum, differre longius, irreligiosum est.*

d) Hinc satis congrue in §. §. 7. d. R. D. *Consecratio* per *Pontificem* fieri dicitur.

a) §. VIII. a) v. PLINII locum, modo not. c) ad §. præced. allegatum,

ceu dominus, ac rerum suarum arbiter *b*), adeoque priuatus rem suam priuatam, *Populus publicam*, dedicare posset: Attamen Jus dedicandi actu solenni, ac dedicando consecrandoque rem *sacram* efficiendi, stante Republica penes Populum, deinceps penes Principem fuit *c*). Cuius rei ratio non una est in promptu: Primum quod *Jus Sacrorum*, quo et hoc pertinet, per principia Juris publici uniuersalis, sit pars Suinmae Potestatis: deinde quod apud Romanos, qui sacra pro instrumento statum Reip. conseruandi habebant, peculiaris status ratio exigeret, cauere, ne peregrina sacra inueherentur *d*): denique, ut nonnullis uisum, quod ipsi Principes etiam dignitatem assumerint *Pontificis Maximi e*), sine cuius auctoritate aut interuentu ritus sacri peragi non poterant. Ex quibus conficitur, *Dedicationem solennem*, qua res *Sacras*

con-

b) Erat enim Dedicatio species alienationis; eo quod is, qui rem Deo diuinisque uibus dedicabat, dedicando suo se dominio in illam abdicaret. Jam vero alienare potest quilibet, qui rerum suarum dominus et arbiter est. Imo nec paciendo quis Jure Rom. efficerere poterat, ne *fb̄i locum suum* dedicare licet, pet L. pen. π. de pat. propter maximum religionis fauorem, quod seil. pactum eiusmodi esset contra religionem, ut superius obseratum est. Quamuis *IVSTINIANVS* postea l. uis. C. de pat. int. emt. pacta eiusmodi ratu esse voluerit. Add. MAR. CL. ad §. 8. J. de R. D.

c) Hinc sine lege curiata, aut plebiscito nihil potuisse diis consecrari, de

rebus soli, nota GUTHHER, de uet. jure Pont. L. 3. c. 12. Et VLP. l. 9. §. 1. n. d. D. R. ait: *locum publicum sacrum fieri, cum Princeps eum dedicauit*.

d) Hinc nouos deos, nouosque co-lendorum titus, a priuatis illatos, saepe publica auctoritate damnatos effic. uectibis LIVII ostendit SIGON. de Ant. Jure Ciu. Rom. L. 1. C. 8.

e) u. DIO L. L. 3. ubi: *Imo Imperatores, ait, ἐν πάταξ ἰσοτύπων ιεράς, et si forte duo imperent, semper unum ex illis esse δόκιμον, id est, Pontificem Max.* Quod ideo factum, dicit, *ut omnes religiosos et sacrificia in sua habent manu.* Add. BÄCHOV. ad §. 5. J. de R. D. p. 266.

constituenta erat, non nisi publice f), i. e. publica, olim Populi, postea Principis, auctoritate, fieri potuisse. Cum uero nec totus Populus posset, nec forte Princeps ipse facile soleret, solemnem Dedicationis actum peragere, aliis hoc negotii dandum fuit. Et initio quidem in Rep. veteri Magistratus g) hoc Jus, ratione potestatis, sibi arrogarunt h): postea autem jussu i) Populi, aut Plebis scito, nominatim praefecti sunt, qui hoc negotium peragerent; et regulariter Duumiri aedis locandae, faciundae, dedicandae, plerumque ex filiis aut agnatis illius, qui aedes uo- uisset, a Populo creati sunt; ex quibus is, qui opus (sa- crorum uerbo) inchoasset, i. e. perfecisset, et Dedicationem perfecit k). Tempore Principum uero is dedicauit, cui Princeps hanc dedit potestatem l). Ceterum et

D 2

Pon-

f) Hinc MARCIANVS l. 6. §. 3. n.
de D. R. ait: Sacrae res sunt, bae quae
publice consecratae sunt, non priuatae,
et VLP. l. 9. pr. ead. Sacra loca ea
sunt, quae publice sunt dedicatae. et
IUSTIN. §. 8. f. ead. Si quis au-
tem auctoritate sua quasi sacrum con-
stituerit, sacrum non est, sed pro-
fanum.

g) Uti Consul, aut is, qui imperium
haberet militare, ut patet ex LIV.
L. IX.

h) Unde Consules inter se sortiti so-
lebant, uter eorum dedicaret, quod
magna contentione et ambitione ficas-
t, ut obseruat GVTHER. de uet. Jure
pontif. l. III. c. 12. Imo CORN.
BARABTVS Pontif. Max. negauit, nisi
Consulum, aut Imperatorum, posse tem-
plum dedicari, ap. LIV. IX. 46,

i) Ut intelligitur ex decreto Ponti-
ficium de domo CICERONIS, quod
exstat in L. IV. ad Attic. Epif. 2. Si
neque Populi jussu, neque plebiscitu, qui
se dedicasse dicaret, ei nominatim praefi-
ctus esset: neque Populi jussu, aut
plebis sentiu: uixiri possit sine religione
ex parte arecae domino restitu.

k) u. LIV. II. c. 42. ibi: Caporiz
aedes - - dedicata est, uota erat Latini-
no bello Pofbhumio dictatore, filius eius
duumir ad id ipsum creatus dedicauit.
Add. GVTHER. l. c. et A. MAFTH.
ad §. 8. I. d. R. D. ubi plura
exempla.

l) u. L. 9. §. 3. n. d. D. R. ubi
locus dicitur sacer fieri, cum Princeps
eum dedicauit, aut is, cui Princeps de-
dicandi potestatem dedit. Add. L. uig. n.
ut in poss. leg.

Pontificum auctoritate praesentia et ministerio in Dedicationibus sacris opus erat ^{m)}: quippe qui licet proprie non dedicarent ⁿ⁾, Dedicationibus tamen huiusmodi semper adesse debebant, ut uel ritus sacros praeuendo dirigerent, uel ipsis peragerent. Siquidem sine publica huiusmodi, uti *Populi*, uel *Principum*, ita et *Pontificum*, ceu Magistratum sacrorum, auctoritate, et interuentu, sacram nihil constitui poterat ^{o)}.

§. IX.

DE MODO ET SOLENNIBVS DEDICATIONIS VΝIVERSIM, ET
SPECIATIM DEDICATIONE TEMPLI.

Quod ad *Modum Dedicationis*, et *Solempnia* attinet, haec pro diuersitate rerum dedicandarum, diuersa fuerunt, modo plura, ut in *Ædibus*, modo pauciora, ut in rebus mobilibus dedicandis. Erant quoque dedicandi ritus alii Romae, alii in *Provinciis* ^{a)}, ita, ut solum peregrinae Ciuitatis capax non esset dedicationis, quae fieret Jure Ro-

ma-

^{m)} Res enim sacrae §. 8. I. d. R. D. dicuntur, quae rite per Pontificem Deo consecratae sunt.

ⁿ⁾ Uti rectissime obseruant MAR. CILIVS et A. MATTHÆI ad §. 8. I. d. R. D.

^{o)} Erant quidem Romanis etiam *Sacra Familiarum priuata*; sed et haec nonnisi publica auctoritate ualebant. Poterat quoque quis sibi priuatum, circa Pontificum auctoritatem, aliquid sacram constituere, quod ipse pro sa- cro haberet; sed istud pro sacro pu- blice non habebatur, nec successores istud pro tali habere tenebantur. Id

quod ex dictis intelligitur, et GALLI ÆLII auctoritate firmatur, qui ap. FESTVM ait: *Quod autem priuati sunt religionis causa Dei dedicant, id Pontifices Rom. non existimare sacram. At si quia sacra priuata suscepta sunt, quae ex instituto Pontificum statu die aut certo loco facienda sunt, sacra appellari. Add. BACHOV. I. c. p. 207. et MAT-*

THÆI ad §. 1. c. n. 6. 7.

§. IX. a) Sicut nec res *mancipi* erant res extra solum Italiae sitae, arque adeo nec per *mancipationes* transferri et ac- quiriri poterant,

mano b). Solemnissima Dedicationis ratio Romae in Tempis dedicandis locum habuit: quippe quae ut rite fieret, uarios iterum actus ritusque, uel praeuios, uel comites, exigebat. Nimurum ad Templum rite religioseque constiuerendum et Augurum, et Pontificum, ministerium requireretur: illorum erat, inaugurate, horum, consecrare; qui duo diuersi, ut cuilibet pater, erant actus, non confundendi c)

§. X.

DE INAVGVRATIONE.

Primus igitur Templi rite constituendi actus fuit INAVGVRATION. Quoties enim Templum dedicandum, uel priuatus, aut Magistratus, uouisset, uel Populus, aut Princeps, jussisset: ante omnia Spatiu[m] eius rite constitendum fuit. Constitutio facta per Augurem: quippe qui, uti alias, augurii, uel auspicii, capiendo causa, in arce, uel

D 3

tesca

b) Quod PLINIVS L. XVI. Epist. 10, notauit scripsitque TRAJANO: Cognoscere, inquit, alium hic, alium apud nos morem dedicationis. Cui TRAJANVS scripsit: Solum peregrinae ciuitatis non est capax dedicationis, quae sit nostro iure.

c) Recte et accurate Consecrationem ab Inauguratione seiuinxit JAC. GUTHRIUS de uet. iure pont. L. III, c. 2, illamque Pontificibus, hanc uero Auguribus tribuit: nec non Celeberr. quondam noster C. S. SCHVRTZ-FLEISCHIUS in Tmem, ex Hist. Ciuitatis Auguribus ait: Locum per Augures constitutum Pontifices consecrabant, eumque dabant Nomen et dedicabant. Ho-

rum formulae solennium passim proditae extant, et profecto indicant, diversa fuisse munia INAVGVRATIONVM, et CONSECRATIONVM atque DEDICATIONVM. Add. §. praece. 7. ubi Augurium Inaugurations est, Consecrationes autem ad solos Pontifices spectare, nota. Ut adeo minus recte REINHARD in d. Disp. de Tempis sub Dn. BOEHMERO habita, C. I. S. I. §. 7, cum G. H. NIEVPOORT de Rit. Rom. Scđ. IV. C. III. §. 1, querit et sequitur uidetur, scriperit, condita templo, et Numini dedicata, demum ab Auguribus consecrata fuisse: cum tantum Augurum non fuerit consecrare, sed inaugurate, et Inauguratio

Cot.

tesia a), sedens, uelato capite, uti *tituo* b) certum in *coelo spatiū*, quo uidenda ad se pertinere uolebat, ab oriente ad occasum, et a meridie ad septentrionem, notabat, atque adeo in quatuor regiones, c) partiebatur d); ita et in *terra* certum *spatiū*, coelesti respondens, et aequa ac hoc, *Templum* e) uocatum, oculis et animo meriebatur, certisque signis finitum, uel etiam *septum*, f) s̄stebat, g) certis etiam conceptisque uerbis, longum nempe *Carmen* h) *prae-*

*Consecrationem praecesserit. Imo adhuc magis mirandum, IO. BAPT. BELLVM in Diatr. de Part. Templi Inaug. in Thes. GRÆV. T. V. p. 540. Templo ab Auguribus consecrata esse, ex GELLIO tradere, cum tamē in loco GELLII allegato *Consecrationis* uox plane non reperiatur.*

a) In Arce, i. e. in urbe, *Auguria*: in *Tesca*, i. e. in agro, *Auspicia*, capiebantur, v. GVTHER. L. II. c. 3.

b) Qui erat baculus augurum sine nodo aduncus, siue incurvus, quale et regium erat insignis: ut ex SERVIO, GELLIO, et PLVTARCHO describit ALEX. ab ALEX. Genial, dier. L. V. c. 13. et 19.

c) Hinc *Templi coelestis partes quatuor* esse, dicit VARRO de L. L. L. VI. p. m. 66. Similiter ab oriente, dextram ab occasu, anticam ad meridiem, posticam ad septentrionem.

d) Quod est augurale uerbum ex Etrulica disciplina, u. JO. BAPT. BELLI Diatr. L. I. S. 8.

e) Ita VARRO l. c. In terrenis di-
ctum *TEMPLVM*, focus, augurii, aut

auspicii causa, quibusdam conceperetis uerbeis finitus.

f) Ita FESTVS ap. BRISSON. de Formul. p. 122. *Minora Templa sunt ab Auguribus, cum loca aliqua tabulis aut lineis septentrum, ne uno amplius boſſo patiant, certis verbis definita. Itaque Templum est locus tan effatus, aut ita septus, ut ea una parte pateat, angulosque habeat adfixos ad terram.*

g) *Sistere fana significat, loca in oppido futurorum fanorum constitutæ; ita FESTVS: fortasse, quod ad certos terminos perducta designatio sistenter, ut addit BELLVS de Templo Aug.*

h) Specimen vel fragmentum hujus Camminis extat ap. VARRONEM d. L. L. p. 66, cuius explicatio Criticis et Antiquitatibus peritis multum faciliuit negotii. Ex emendatione JOS. SCALIGERI in Conject. p. 99, istud ita habet: TESCA DVMECTA SVNT, QVO AD EGO CASTE LINGVA NVNCVPA- VERO. OLLA VETER ARBOR, QUISQVIS EST, QVAM ME SEN- TIO DIXISSE, TEMPLVM, TE- CTVM.

praefatus, præcesque i) effundens, præeunte interdum alio k), effabatur l), atque adeo, captis auguriis, uel auspicis, Templum effatum, fausto omine in augurabat. Atque hinc, uti Spatiūm, Aedi sacrae condendae dicatum, atque ab Augure solemini ritu definitum ac constitutum, ita et ipsum Aedificium, postea in eo extrectum, atque quatuor Auguralis illius Templi regionibus m) quodammodo conformatum n) Templum o), idque Augustum, quasi augurato constitutum p) salutatum fuit.

§. XI.

CTVMQE ESTO IN SINISTRVM.
OLLA VETER ARBOR, QVISQVIS
EST, QVICQVID EST, QVOD ME
SENTIO DIXISSE, TEMPLVM TE-
CTVMQE ESTO IN DEXTERVM
INTRÆ EA, CONCRETIONE, CONSPI-
TIONE, CORTVMIONE VTIQUE EA
RECTISSUME SENSI.

i) Precationum huiusmodi formu-
lam exhibet VIRGIL. Aenid. L. 3. ibi;
Quem sequimur? queue ire jubes? ubi
ponere sedes?

DA PATER AVGVRIVM,
stque anima illabere nostris, it.
LIV. L. 1. in inauguratione Numiae,
ibi: Jupiter Pater, si est fas, hunc Na-
mam Pomplium, cuim ego caput te-
neo, Regem Romae esse, ut tua signa
nobis certa ac clara sint inter eos fines,
quos feci, et SIL. ITAL. L. 4. ibi:
Adsis o, firmesque tuae, Pater, ALI-
TIS OMEN.

k) Scil. ne quid præpostere dicer-
tur, si forte preces non rite didicisset.
v. ALEX. ab ALEX. l. c. c. XIX. id
quod in omnibus fete prectionibus

solemne erat.

l) Effari et Effata, auguralia sunt
uerba, SERV. in l. 6. Aenid. ait, Au-
gurum preces EFFATA appellari. Et
VARRO l.c. EFFATA dicuntur, quod
Augures finem auspitorum coelisium
extra urbem agris sunt effati: Hinc Ef-
fari tempia dicuntur ab Auguribus. Hinc
LIV. L. X. Sed fanum tantum, i.e. lo-
cus Templo effatus, sacratus fuerat.

m) v. BELLI Diatr. laud. c. VI. u-
bi Descriptio Templi Auguralis secun-
dum quatuor partes,

n) u. VITRVV. L. IV. c. 5. ibi: Aedes
Deorum immortalium ad regiones, quas
spectare debent, sic erant constitutaæ,
uti Signum, quod erit in Cella colloca-
tum, spectet ad uestimenta coeli regi-
onem, ut qui adierint ad Aram immo-
lantes, aut sacrificia facientes, spectent
ad partem coeli orientis, et simulachrum,
quod erit in aede, quia aras Deorum
necessæ est ad Orientem spectare.

o) Hinc Aedes sacrae ita non inau-
gurate Tempia non erant, sed Aedes;
ut Aedes Vestae. v. AGELL. L. XIV. c. 7.

p) u. supra not. o) ad §. VI.

§. XI.

DE CONSECRATIONE AREAЕ

Inaugurationem excipiebat Areæ, siue, spatii templo dicati, CONSECRATIO a), quæ duplicitis generis ritu perficiebatur. Alter constabat Lustratione, quæ ad Aream, ab omni impuritate ac foeditate, Diis aduersa, purgandam, spectabat. b). Haec per solennem siebat processionem c) militum, quibus fausta erant nomina, cum felicibus ramis, itemque uirginum uestalium, cum pueris puellisque patrimis matrimisque, spatium, uittis coronisque exornatum, circum canendo euntium d) atque aqua lustrali conspergentium, uictimasque, ut uidetur, simul circumducentium e): accendentibus sacrificiis lustralibus, Solitaurilibus f) dictis, atque precationibus Numinis, pro eoceptis prosperandis, ac iedibus suis attollendis, a Praetore

a) v. ALEX. ab ALEX. Genial. dier. L. VI, c. 15, ubi de Consecrationis huias ritibus ex instituto.

b) Lustratio species erat Purgationis, ex antiquissima doctrina PYTHAGO-RÆO-PLATONICA de Purgatione mentis, cuius uaria apud gentiles erant symbola, quippe per sulphur, aquam, aut aerem fieri creditae, enata, atque ad uarias res alias deinceps translata. v. ALEX. ab ALEX. L. V. C. 28. et Celebens. Dn. BVDDEVVS Exerc. de naðagor Plat. Pythag. §. 10.

c) Processionem hanc lustralem ita describit TACITVS Hist. L. IV. ibi: Undec. Kal. Jul. serena luce, Spatiū omne, quod Templo dicabatur, euitum uittis coronisque, ingredi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis:

Dein uirgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque, aqua, riuis et fontibus amnibusque hauis, perire.

d) Breuius VIRGIL. E. II. Aeneid. ita:

- - - Circum pueri innuptaque puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

e) v. VARRO L. II. Rei rust. C. 1, ibi; Populus Rom. cum lustratur, Sudauitaurilibus circumaguntur uerres, aries, taurus.

f) ASCON. PAEDIAN. Diminat. 1, in Verr. Cenfôres, inquit, completo quinquennio, urbem lustrabant et solitaurilia sacrificia de sue, oue, tauru-

tore, praeiente Pontifice, factis g). Alter fere Finium templarium ac Terminorum sacrificarium h) constitutione, nec non Lapidum sacrorum, cum primis auspicalis, quem uocarunt i) sua inscriptione k) insignis, collocatione, absoluiebatur l).

E

§. XII.

faciebant. Unde nonnullis Suonitaurilia dicta,

g) Quos ritus porro TACITVS l.
c. ita enarrat: *Tum Heluidum Priscus
Praetor, praeiente Plauto, Aeliano
Pontifice, lustrata bone taurisque area,
et super cespitem redditis exitis, Joum,
Junonem, Mineram Praesidesque Imperii
Deos precatus, uti copta prospera-
rent, sedesque suas pietate hominum
inchoatas, diuina ope attollerent.*

h) Fines templares et Terminos sa-
crificales auctores limitum nuncupau-
runt; qui, in quadrangulo positi, pos-
fessionibus finem faciebant. Hic au-
tem fuit desigendorum Terminorum ri-
tus, uti GVTHER. L. III. c. 5. descri-
bit, ut, cum illos disponerent, ipsos
quidem lapides in solidam terram con-
vocarent, proxime ea loca, quibus,
fossa facta, defixuri erant, quos un-
guento velaminibus et coronis deco-
rabant. In fossis illis, quibus posueri
Terminos erant, sacrificio facto, ho-
niaque immaculata caesa, facibus ar-
densibus in fossa cooperati sanguinem
instillabant, eoque fruges et thura fa-
ctabant, fauosque et unum, atque alia,
quibus consuetudo erat, Terminis
sacratorum fieri, in fossa adiicebant.
Consumptisque omnibus dapibus igne
super calentes reliquias, Lepides collo-

cabant, atque ita diligentia cura confir-
mabant.

i) Fundamentum quoque Templo non
sine solenni ritu iactum. Et uidetur
Lapis ille auspiciatus, GVTHERIO l. c.
dictus, siue auspicatus, GRVTERO
Inscr. XXXIX. 5. descriptus, funda-
menti loco ponendus, itidem solenni
processione ad locum destinatum tra-
ctus esse. Quod haud dubie innuit
TACITVS, dum porro de dicto Prae-
tore referit: *Vittas, quibus ligatus la-
pis, innexique funes erant, contigit.
Similiter etiam Magistratus, Sacerdotes et
Senatus, et Eques, et magna pars po-
puli studio laetitiaque convixi, laxum in-
gens traxere: passimque iniusteae funda-
mentis argenti aurique stipes, et metallorum
primitiae, nullis fornacibus ui-
tiae, sed ut gigantur.*

k) Exempli loco affert GVTHER.
L. III. c. 5. Fragmentum Romae:
LAPIS. AVSP. S. Q. CÆCILIO.
METELLO.

PONT. MAX. SOLEMNI. CVM
PRECATIONE. PAL. POP. ROM.
CONIECTVS
IN. FVNDAIMENTA. PORTICVS
MINER.
AVVENTINENS. AB. LATER.
COLL. &c.

l) Ex his adeo patet uera ac specia-
lis

§. XII.

DE DEDICATIONE TEMPLI.

Denique solemnis sequebatur *Aedis* extuctae et absolutae *DEDICATIO* atque *CONSECRATIO*, qua utraque rite peracta, ea demum rei *sacrae* naturam induebat ^{a)}. Huiusmodi autem actus cum sine auctoritate uel ministerio Pontificum rite fieri non posset, ante omnia ab eo, cui Populus uel Princeps jus dedicandi dederat, *Collegio Pontificum* denunciandum erat, ^{b)} ut adessent, et suo munere fungerentur: qui et die dicto aderant, atque ritum, non ut alias incedebant, nudo, sed uelato capite ^{c)} peragebant. *Solemnia* uero *DEDICATIONIS* in specie perficiebantur *uoce* et *manu*. Ad *uocem* pertinent *prisca* et *solemnia uerba*, ^{d)} quae, praeeunte Pontifice, et carmen

lis ratio, quare locus, in quo aedes *factae* sunt *aedificatae*, etiam diruto aedificio, sacer adhuc manere, dicatur *§. 8. 7. de R. D.* cum Area ipsa iam ante aedificium extuctum fuerit consecrata.

a) Ita *QVINTIL. Declam. 3.3.* Primum *Dedicationis* accipiunt *summam religionem, opera sunt tantum.*

b) Quod fiebat ferre formula apud *CIC. pro domo extante: ADES, ADES, LVCVLLAE SERVILI, DVM DEDICO AEDEM HANC, UT MIHI PRAE-EATIS, POSTEM QVE TENEATIS.*

c) Capite enim *velato* plerumque precantes stabant, ne qua hostilis facies iplis occurret; ut ex *SERV. ad L. III. Aeneid. v. 407.* notat *NIEV. POORT d. cap. III. §. 2.*

d) Quae *veruocu*ri*u*ris** in *77* *na* *Diagw̄tēs Φωδ̄s*, legitima *dedicationis uerba* appellat *PLVTARCH.* in *Poliic. ap. BRISS. L. 1.* *Verbis enim solemnibus et formulis olim utebantur Romani non solum in negotiis cimilibus, quo spectabant *Legis actiones*, sed etiam facis; quae omnia ex *Collegio Pontificum*, penes quos fere solos primis temporibus diuini humanique iuris interpretatione fuit, originem traxisse uidetur. *Hinc CIC. pro Domo, cùm dominus sua dedicationem, ut non rite legitimeque factam, exagitat: Ego uero, inquit, si omnia solemnibus uerbis uerribus et prisca instituis acta esse dicarem, tamen me Rep. jure defendere. Conf. BRISSON. de Formul. L. I.**

men praefante, pronunciabat is, qui dedicabat e). Pon-
tifex maximam dabat operam, ut uerba nec praepedita
nec balbutiente lingua pronunciaret: ne dedicatio, si uer-
bo aberrasset, quasi minus rite facta, instauraretur. f)
Verba partim Traditionis significationem; dum dedicans
conceptis uerbis, nominatum aduocato Numine, cui de-
dicabatur, ipsi templum, cellam, mensas, arulas, quae-
que eo pertinent, dare se dedicareque, dicebat atque nun-
cupabat g); partim Leges, quas rei dedicatae dicere et adii-
cere dedicans solebat; h) partim Preces, i) continebant.
Manu k) Postem Aedes tenebat, inter sollempnium uerbo-

E 2

rum

e) u. VARRO L. V. de L. L. ibi:
Sic enim Aedes sacra & Magistratu, Pon-
tifice praeante, dedicatur.

f) Quae res tenuit METELLVM
Pontificem adeo in explicatae lingua
hominem, ut multis mensibus tortus
credatur, dum meditaretur, in dedi-
canda aede Opiferae dicere, ut uer-
bum, Opiferae, rite exprimere et sine
offensione posset. u. ALEX. ab ALEX.
Gen. D. L. VI. c. 14. et GVTHER.
L. III. c. II.

g) u. Formula ap. BRISS. l. c.
JUPITER FERETRI, HÆC TIBI VI-
CTOR ROMVLVS REX REGIA AR-
MA FERO, TEMPLVMQUE IIS RE-
GIONIEBVS, QVAS MODO ANIMO
METATVS SVM, DEDICO, SE-
DEM OPIMIS SPOLIIS, QVÆ RE-
GIBVS DV CIBVSQVE HO-
STIVM CÆSIS, ME AVCTO-
REM SEQUENTE POSTERI FERENT.

Add. ALEX. ab ALEX. d. c. 14. et GV-
THER. d. Cap. 14.

b) PLIN. Epist. ad Traj. An putas,
scribit, aedem, cui nulla lex dicta est,
salsa religione posse transferri? Hinc
formulae: OLLIS, LEGIBVS, OLLIS.
QVE. REGIONIBVS. DEDICABO.
QVE. QVAS HIC HODIE PALAM
DIXERO. u. BRISON. l. c p. 113.

i) u. LIV. L. I. Dec. I. c. 2. ubi in
dedicatione aedis Jouis in Capitolio
scribit: Postem iam tenenti Consuli fog-
dum, inter precationem Deum, nunci-
um incutunt. Et mox: prectionem
peragit, et dedicat templum. Formu-
lae precum erant: UTI SIES VOLENS
PROPIITIVS MIHI. u. GVTHER.
l. c. et TIBULL. Eleg. 10. ibi:
Hanc tibi fallaci resolutus amore Ti-
bulus

Dedicat, et, GRATA, SIS DEA;
MENTE ROGAT.

k) u. CIC. L. II. de LL. ibi: Bene
uero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fi-
des

rum nuncupationem ¹⁾: quo ritu acceptasse uidetur Pontifex, Dei nomine, quod huic dedicando dabatur, atque significatum, ab alio iam teneri, et ab humano jure difcere, diuinique adeo juris fieri, ita dedicatum ^{m).}

§. XIII.

DE CONSECRATIONE SPECIATIM TEMPLI.

CONSECRATIONIS in specie duo genera, ab Antiquitatum gnaris constituantur: *unum* religionis causa in Deorum honorem: *alterum* odio contumaciae, uel sceleris, in hominum poenam, ut, cum bona damnatorum, hostium, uel captae ciuitatis, consecrantur ^{a).} Prioris generis *Consecratio*, speciatim *Templi*, de qua hic agimus, quo ritu fuerit celebrata, obscurum ^{b)}; propter librorum ritualium defectum. *Sacrificiis* fere sollemnibus, et *Supplicationibus* eam peractam fuisse, cum ex iis, quae de posterioris generis Consecratione relata leguntur; quippe

des consecratur MANV: quarum omnium Romae publice dedicata Templa sunt. A. MATTAEI ad S. 8. f. d. R. D. opinatus uidetur, possem amplexum fuisse cum qui iussu Populi, aut Principis, dedicauit. Sed auctoritate haec sententia destituitur. Horat. enim Pulu. ut Pontifex ap. Val. Max. postem tenuisse dicitur. Et ap. OVID. est: Templa SACERDOTVM ritedicata MANV.

^{l)} Ita CIC. pro domo: Postem tenevi oportere in dedicatione, uideo audiisse, templi: ibi enim possit est, ubi templi aditus est et ualuae. et VALEX. MAX. L. V. c. 10. Horatius Pulnillus, cum in Capitolio Joui Opt. Max. aedem

Pontifex dedicaret, interque NVCIVATIONEM SOLLEMNIVM VERBORVM POSTEM TENENS. &c.

^{m)} Ut et SERV. ad L. III. VIRG. Georg. obseruat GVTHER. d.c. II. Add. ALEX. ab ALEX. I. c.

XIII. ^{a)} Ita GVTHER. L. III. c. 23. cui fere consonat distinctio HOTOMANI inter *Dedicationem* et *Consecrationem* superius not. ^{b)} ad S. VII. allata.

^{b)} Faretur quoque GVTHER. d. I. se nihil habere certi de hoc genere, quod afferat, nisi, quod sacrificiis et supplicationibus eam peractam esse, putet,

quae, accenso foculo, et cum tibicine c), qualia ad sacrificiorum ritus spectabant, d) facra dicitur: tum ex natura negotii, cum uix *sacrum* quid fieri, ex instituto ueterum, intelligeretur, nisi sacrificio, et fuso sanguine, consecratum e).

§. XIV.

DE CONSECRATIONE ET COLLOCATIONE IDOLI.

Cum Templum dedicabatur, semper quoque *Idolum*, siue simulachrum Numinis, ad quod pertinebat, eidem inferendum erat: quippe sine quo Templis sua perfectio et sanctitas haud constare uidebatur, adeo ut Templum *Numine vacuum* uix templum esse intelligeretur a). Sed ante omnia *Idolum consecrandum* fuit. *Consecrationis* autem nomine ἐμψύχωσις Idoli intelligitur, qua rei inanimae diuinam infundi naturam potestatemque credebant. *Lapidem* enim, uel *lignum*, aliasque materiae simulachrum, ritu et solemnibus uerbis Deum fieri, misera gentilium coecitas sibi persvadebat. Tria autem in Lepide requirebantur, ut in Deum superstitioni euaderet, *ornatus, consecratio, oratio*. Primum enim adornabant *Idolum* fusum, sculptum, fabricatum, uaria suppellectile

E 3

c) u. infra §. XV.

d) Sacrificia enim super aris, aut focus, facta sunt. Et Tibicinae non cum maſſaretur solum, sed caſa etiam hostia, concinebant: ut ex LV. CIANI dialog. de Sacrific. memorat, GVTHER. L. IV. c. 2.

e) Ubi ex SERVIO ad L. XII. IV. c. 1, obseruat GVTHER. d. L.

XIV. a) u. PAVSANIAS Baet. L.

IX. c. 33. pag. 777. ubi de Minervae templo, quod Alcomenis fuit, cui simulacrum Deae à Sylla fuerat ablatum; Ipsum certe templum erepto signo (i. e. idolo) deferi deinceps ac negligi coeptum. Numine uel oratum. Add. GVTHER. L. III. c. II. et REINHARD. Diff. laud. de Templ. C. I. S. I. §. 8.

le et pretiosa, quae imperiae multitudinis animos obumbraret: Sic exornatum et depexum consecrabatur. Nihil tam sollempne apud Romanos fuit, quam Consecrationis dies. Verba sollemnia, si quae in Consecratione adhibitae fuerunt, cum Idolorum uanitate perierunt. Ita consecratum Idolum supersticio uulgi, tanquam in ligno aut lapide praesentis numinis uis adesset, orare et publice colere non dubitauit b). Huiusmodi igitur idolum, in medio templi a Pontificibus locatum, et sua cella conclusum, templum, uelut dominus, puta, et possessor, tenere dicebatur c).

§. XV.

DE TITVL O TEMPLI.

Non solum autem Idolum Templo illatum, sed etiam *Titulus*, iuxta cum *Tabula* a), supra ualvas templi affixus, i. e. nomen Dini, cui dicatum erat, foribus templi inscriptum b): quo ipso testatum facerent omnibus, certo se de praefentia Deorum esse persuasos c).

§. XVI.

b) u. GVTHER. L. IV. c. 22. add.
supra not. g) ad §. VI.

c) u. QVINTIL. Declam. 323. ibi:
Dedicatio est illa, quae Deum inducit,
quae sede destinata locat. GVTHER.
L. II. c. 3. et L. III. c. 11.

XV. a) Cuiusmodi *Tabulam* dedicatio-
nis, a *Lege* Templi, uel Aree, utique
distinctam, profecte LIVIVS, cum Aemy-
lius Regillus aedem, confecto praelio
aduersus praefectos Regis Antiocho-
uouisset, eam post XL. annos M. Aemy-
lius Censor ex Seto Latibus permarinis
dedicauit, nempe;

- - DVELLO MAGNO REGIBVS DI-
RIMENDO CAPVT SVBIGENDIS,
PATRANDÆ PACIS HAC PVGNA
EXEVNTI

- - EIUS REI ERGO AEDEM LARI-
BVS PERMARINIS VOVIT.

b) Inscriptio talis exstat ap. DIO-
NYS. HALICARN. Ant. Rom. L. I.
p. 12. ibi; Latini facillum heroi dic-
uerunt, cum inscriptione hac: PATRI
DEO INDIGETI, QVI MVNICI
AMNIS VNDAS TEMPERAT.

c) u. REINHARD. de Templ. l. c.

§. II.

§. XVI.

DE CONSECRATIONE ARAE.

In Consecratione Arae, uti nec Inauguratione, nec Iuſtratione opus fuit, ita nec possem teneri oportuit. Sollemnia vero Dedicationis uerba ^{a)} non minus ac in templi dedicatione, haud dubie et accenso foco, et canente tibicine, nuncupanda fuerunt.

§. XVII.

^{a)} Exemplum insigne ex Salona urbis monumento, quod hodieque Patavii uisitare, profert BRISSON. de Form. L. I. p. 113, et GVTHER. d. L. III. c. II. ibi;

L. AELIO. CAESARE. IMP. P. CAELIO. P. F. BALBINO. VI. BULLIO. PIO. COSS. VII. ID. OCTOBRES. CN. DOMITIVS. VAL. II. VIR. I. D. PRAEE-
VNTE C. JULIO. SEVERO.
PONTIFICE LEGEM. DIXIT.
IN. EA. VERBA. QVÆ. INFRA. SCRIPTA. SVNT.

JUPITER. OPTIME. MAX.
QVANDOQUE. TIBI. HODIE.
ARAM. DABO. DEDICABO.
QUE. OLLIS. LEGIBVS. OL-
LISQUE. REGIONIBVS. DA-
BO. DEDICABOQUE. QVAS.
HIC. HODIE. PALAM. DI-
XERO. VT. INFIMVM. SO-

LVM. HVIVS. ARAE. EST.
SI. QVIS. HIC. HOSTIA. SA-
CRVM. FAXIT. QVOQ. MAG-
MENTVM. NEC. PRÖTOL-
LAT. IDCIRCO. TAMEN.
PROBE. FACTVM. ESTO.
CETERÆ. LEGES. HVIC.
ARA. EADEM. SVNTO. QVÆ.
ARA. DIANÆ. SVNT. IN.
AVENTINO. MONTE. DI-
CTÆ. HISCE. LEGIBVS. HI-
SCE. REGIONIBVS. SICVTI.
DIXI. HANC. TIBI. ARAM.
JUPITER. OPTIME. MAX.
DICO. DEDICOQUE. VTI.
SIES. VOLEMUS. PROPITIVS.
MIHI. COLLEGISQUE. MEIS.
DECVRIONIBVS. COLONIS.
INCOLIS. COLONIÆ. MAR-
TIÆ. JVLIAE. SALONÆ. CON-
IVGIBVS. LIBERISQUE.
NOSTRIS.

§. XVII.

DE CONSECRATIONE AD CONTUMELIAM.

Supereft Conſecratio ad Contumeliam ſuperius dicta, qua agri ex hostibus capti, uel Ciuiſ damnati bona, Diis conſecrabantur. Haec a Tribuno plebis fiebat, capite uelato, aduocata concione, foculo pro Roſtris poſito, adhibito tibicine, qui cum Tribuno, obteſtaretur, Tribu- nusque priſca uerba et preces, uerba praeuenire Pontiſ- ce, ferebat, bonaue Deo alicui, Deaeue, addice- bat a).

§. XIX.

QVOMODO RES SACRA ESSE DESINAT.

Denique obſeruandum, modum quoque apud Ro- manos uifſe, quo res et loca, Diis diuinoque cultui con- ſecrata, a religione liberari, atque adeo ſacra eſſe deſinere, potuerint. Factum id itidem uifſe iuſſu Populi, uel Prin- cipis, per Pontifices, conceptis uerbis, religione amota, memoratur a): de cetero autem ritu iſtud perficiendi non prorsus conſtat. Peculiaris modus ritusque erat *Sacrorum Euocatio* b) in oppugnationibus urbium uifitata, qua Ro- mani Numen, in cuius tutela urbs erat, ſolemni carmine euo-

a) Firmant haec sequentia CIC. di- cta pro domo. Si Tribunus plebis uerbis non minus priſcis et ſolennibus bona ci- uis ciuispam conſecrabit, non ualebit? Iti. Atqui C. Attinius, patrum memoria, bona Q. Metelli, qui proauii tui P. Scipio conſecravit, foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine. Et inſta. Quid er- g̃ illa tum obteſtatio tibicina? quid fo-

cultus? quid preces? quid priſca illa uer- ba uoluerunt? Add. ALEX. ab ALEX. d. I. GVTHER. d. L. IV. c. 22. HOTO- MAN. I. c.

XIX. a) u. ALEX. ab ALEX. d. c. 14. in fin.

b) u. L. 9. §. 2. n. d. R. D. ibi; et ſo- lent, qui liberare eum locum religione uo- lunt, ſaſa inde euocare.

euocare, eidemque aedem et sacra Romae uouere, solebat: c) qualis an et in aliis rebus locisque a religione liberaudis locum habuerit, itidem non omnino certum d). Illud dubio caret, sacra etiam extingui totius loci interitu e), non uero diruto aedificio sacro, quippe cuius area nihilominus *sacra* Romanis manebat f). Ceterum locus, a religione uacuus, *purus* g), itemque *profanus* h), in Jure Rom. appellatur.

§. XIX.

DE REBUS RELIGIOSIS.

Sequitur alterum Rerum *duini Juris* genus, *Res nempe Religiosae*: quo nomine ueniunt *sepultra* defunctorum. *Sepulcrum* autem dicitur locus, ubi corpus hominis morrui, uel cineres ossae eius, condita sunt a). Ut autem locus huiusmodi religiosus fieret, duo requirebantur: nempe et *factum illationis*, et *Jus inferendi*. *Factum illationis* significat ipsam hominis siue cadaueris illationem, quae *sepultura* uocatur, quam unusquisque sua voluntate faciebat, ita, ut nec publica auctoritate, nec

F

CON-

c) u. MACROB. *Saturn.* L. III. c. 9. ubi formula carminis extat. Add. HENR. de COCCEJ. Disp. de Eouatione Sacrum Seet. i.

d) Quamuis id ex d. L. 9. §. 2. fere colligendum videatur, cum generaliter ibi VLPIANVS loquatur.

e) u. COCCEJ. d. Disp. S. III. §. 2. not. ad § XV.

f) u. L. 2. §. 4. π. de Religiosi. ibi; Purus autem locus dicitur, qui neque sacer,

neque sanctus est, neque religiosus: sed ab omnibus huiusmodi nominibus uatare uidetur.

b) u. §. 8. I. de R. D. Nimurum *profanum*, secundum TREBATIVM dicitur, quod ex sacro uel religioso in profanum hominum usum conuersum est: uel, ut MACROB. *Saturn.* L. III. c. 7. describit, quod extra fanaticam causam est, quasi porro à fano et religione separatum. Add. VINN. Comm. ad d. §. 8.

a) L. 2. §. 5. π. de religiosi.

consecratione, nec uerbis solemnibus, ut in rebus sacris efficiendis, opus esset b). Illatio autem necessaria erat; cum locus religiosus non fieret, nisi in eum mortuus re ipsa illatus fuisset c): et quidem illatio, quae sepulturae causa fiebat d); atque hoc animo, ne alio transferretur e). Nihil uero intererat, utrum corpus ipsum, sive cadauer, an cineres eius, et ossa, sepulchro inferrentur f). Cum autem Romani non uerentur locis publicis sepulturae definatis; quilibet suo quidem arbitrio locum priuatum sepulturae eligebat: attamen dupli ratione hoc arbitrium erat restrictum. Primum enim in urbe, quod quondam factum, sepelire uetitum g). Deinde nec sepelire licebat, nisi in loco, ubi *Ius mortuum inferendi* competebat. Jus autem inferendi competebat, uel ex propria potestate, uel

ex

b) *S. 9. I. de R. D.* ibique *Vinn.* in
not. Add. SVMMERM. τα πρώτα
cod. t. §. 25.

c) *L. 4. §. 6. n. ad L. Jul. pecul.*

d) *L. 2. §. 3. n. de religijs.*

e) *L. 39. cod.*

f) *arg. L. 2. §. 5. et l. 8. n. cod.* Ni-
mitum Romani ab initio humo cada-
uera obuebant; quae erat *humatio*,
specialiori sensu, quam *sepultura*, dicta.
Posteaquam uero usum unctionis a *Grae-*
cis et Poemis, ut uidetur, accepérunt,
rogō, in modum arae, extrecto, uni-
uersum cadaueru impositum concrema-
bant: quae autem deinde supererant,
cinerum ossiumque reliquias in urna,
quae in magnatibus erat aurea, in aliis,
pro re nata, argentea, uel aenea, ut
plurimum facilis, colligebant, urnam-

que tandem in loco ab hominum iniu-
ria tuo, subterranea fouea, aut in pe-
tra excisa fossa, recondebat. A quo
tamen more sequoribus temporibus,
praesertim religione Chiristiana inua-
lescente, iterum recellerunt: sicut et plu-
res familie uetus tam humationem sem-
per retinuerunt, u. *VINC. GRÄV-
INA Orig. Iur. L. II. p. 420 sq. KIP-
PLING Antiqu. Rom. L. IV. c. VI. §.
9-13. GVTHER de Jure Man. L. II.
c. 19. & ANT. MATTHAEI ad §. 9.
I. de R. D.*

g) A prima origine intra suas quis-
que aedes defossis cadauera habebant.
Postea Legi XII Tabl. cautum: *Homi-*
nem mortuum intra urbem ne sepelito,
neue urto. Quod ius, cum usu anti-
quatum uideretur, *HADRIANVS et*
mox

ex concessione alterius. Ex propria potestate competit illi, qui loci illius, in quem mortuus erat inferendus pleno iure et in solidum erat dominus. Ex concessione alterius, si in locum alterius, ex ipsius consensu, uel praecedente, uel subsequente, seu ratihabitione, mortuum inferre permisum fuit. b).

§. XX.

LOCVS SEPVLTVRAE QVOVSQVE RELIGIOSVS FACTVS.

Sepulcrum igitur, corpore, aut ossibus hominis conditis, religiosum factum fuit. Non autem totus, qui sepulturae destinatus fuit, locus religiosus factus, sed quatenus corpus humatum a). Atque hinc nec spatum circa sepulchrum religiosum fuit, b) nisi speciatim testator designauerit monumentum, quantum terrae spatum religiosi cederet c). Quod si diuersis in locis corpus, eiusque

F 2

mem-

mox ANTONINV PIVS, renouarunt, itaque in agri quisque suis sepulchra et loculos, in quibus cineres suorum conderent, habuere. u. ALEX, ab ALEX. Gerial, dier. L. VI. c. 14. Nonnunquam, ex Scto uel Decurionum decreto publice locus sepulturae assignatus fuit, u. GVTHER, de I. Man. L. II. c. 33. Plerumque propter vias publicas seu militares sepulcra ac monumenta ponuerunt, ut praeterentes, uti VARRO L. 5. de LL. ait, admonerent, et se suisse, et illos esse mortales,

b) §. 9. I. d. R. D. Add. SVMMER-

MAN. I. c. §. 30.

i) u. L. 5. et 6. pr. π. de relig. spe-

ciat luc, quod TVLL. L. I. de Offic.

ait: Magnum est, eadem habere monumenta maiorum, iisdem uti sacris, sepulcris habere communia. Add. SIGON. de Ant. Jure Ciu. Rom. L. 1. c. 8.

§. XX. a) Ut ait CELSVS L. 2. §. 5. π. de religiosis.

b) L. 73. §. 1. π. de contrab. empt.

ibi: intra maceriam sepulcrorum horritis, uel ceteris culturis, locus purus seruatus, si nibil uenitor nominatum exceptus, ad emitorum pertinet, it. L. 9. C. de relig. ibi: agrum purum monumento coharentem profani iuris esse.

c) Scil. sola designatione Testatoris, quae loco dedicationis erat, monumenti locus religione obligabatur. Hinc illae notac; IN FR. P. X. IN AGR. P. XX.

membra sepulta fuerunt; ille locus fuit religiosus, in quo caput conditum d)

§. XXI.

DE MONUMENTIS ET CENOTAPHII.

Latius patet *Monumenti*, quam *Sepulcri*, appellatio. *Monumentum* enim sicut generaliter res est, memoriae causa in posterum prodata a): ita, intuitu defunctorum, est opus vel aedificium, in honorem memoriamque defuncti extructum, statuis plerumque, titulis siue inscriptiōnibus, sculptris, aliisque ornamentis insigne b). Hoc si factum esset in loco, ubi corpus aut ossa erant recondita; aut si antea facto corpus vel reliquiae fuerint illatae: *Sepulcri* nomine itidem uenit, religiosumque cum omnibus suis partibus existimatū fuit c). Qualia *Monumenta*, in Regum ac Principum, aliorumque illustrium, secularis extructa, operisque magnificentia ac splendore conspicua, *Mauolea* d) salutari sueuere. Quodsi uero me-

P. XX. i. e. In Fronte pedes decem: in agro pedes uiginti patere, in Inscriptionibus ambitum sepulchri religiosum significantes. In fronte autem est, in latitudine: in agrum est, in latitudine: Notat quoque AGGENVS VRB. de Limit. agn. c. de locis Sacris; Mauolea habere iuris sui horrorum modum circumiacentem, vel praesciptum agri nem. u. GOTHOFR. in not. ad L. 2. §. f. n. de relig. et GVTHER. de J. Man. L. III. c. 4.

d) Quoniam caput est princeps hominis pars, unde dignoscimur. L. 44. n. de relig. unde APVLEJ. de dogm. Plat. ait: Totus homo in capite uniusque est;

a) u. L. 2. §. 6. n. de religios. et L. 42. eod.

b) u. L. 7. C. de religios. GVTHER. de Iure Man. L. II. c. 2. - 31,

c) u. L. 4. C. de relig. Vnde et lapides, quibus monumentum aedificatum, etiam exempti, religiosi fuere. L. 43. n. de rei uind.

d) A Mauoleo, Cariae Rege, u. CIC. L. 3. Tuſe, VALER. MAX. L. IV. c. 6. A. GELL. L. X. c. 13. A quo Romani, rei miracula adducti, magnificentissima

quaerque apud se monumenta, Mauoleas appellauunt, u. GVTHER. I. c. C. 21. Tale fuit Mauoleum AVGVS II Cæsar, quod exemplo Cariæ regis ex- u.

memoriae tantum, aut honoris causa, factum sit monumentum, nihilque ex defuncti reliquiis ei illatum, Κενοτάφιον, Graeca uoce, i. e. *inane Sepulcrum*, appellatum fuit e), atque ex regula religiosum haud reputatum f).

F 3

§. XXII.

tructum fuit, in ualle Martia, inter uiam Flaminiam, et ripam Tiberis. Opus rotundum, excelsi fundatum molibus, et immensis aggeribus, lapide niueo, sive marmore lunensi, incrustatum, ac perpetuas uiridatis arboribus cooperatum, circumiectis sylvis et amplis ambulacris aeneorum. Ante molem res gestae Augusti, quod ipse testamento mandauerat, tabulis aeneis incisae erant. A tergo locus fuit cum porticu. Interior murus orbicularis, reticulare opere variatu, ipsum tumulum Augusti, sive buxis suu ambitu, in medio campi spatio conspicuum, ex niueo-marmore, ferreis inclusum Cancellis, in cuius summo simulacrum ipsius aeneum, cum populis circum confitis, continuit. A lateribus in muro et aggeribus effossi fuerunt loculi cognitorum et amicorum, quibus communem istam sepulturam esse uoluit. u. STRABO L. 5. et GE. FABRIC. *Lefcript. Vrb. Rom. c. 22.* n. ALEX. DONAT. de *Vrb. Rom. L. III.* c. 16. in *Thef. GRAEV. T. III. p. 746.* et 756. ubi figurae Mausolei delineatae.

e) u. d. L. 42. Huc facit illud EV-STATH. *Iliad. 6. Σῆμα, Μῆμα διὰ τὸ μνήμην αὐγανέτη ποτε Γώτος.* Vbiunque igitur haec scripta sunt uerba: HONORIS CAUSA, uel, QB HO-

NOREM, aut, IN MEMORIAM, nudum est monumentum, sive *Cenotaphium*, obseruantे GVTHERIO L. II. c. 18. ubi exempla nonnulla.

f) Ita VLP. L. 6. §. 1. n. de relig. Si adhuc monumentum parum est: poterit quis hoc et uendere et donare. Si Κενοτάφιον sit: posse hoc uenire dicendum est, nec enim esse hoc religiosum, diu fratres rescripsierunt. Evidem MARCIANVS L. 6. §. 5. n. de D. R. scripsit: *Cenotaphium quoque magis placet locum esse religiosum, sicut tessis in ea re est Virgilius.* At mox additur L. 6. ex VLP. Sed Diui fratres contra rescripsierunt. Quae aperta uidetur antimonia: unde in ea tollenda, L. 1. que conciliandis, multum desudarunt Interpretes. Nonnulli duplex *Cenotaphii* genus statuunt: alterum, futuras sepulturas definitum, alterum in defuncti memoriam conditum. De priori intelligandam volunt L. 7. n. d. D. R. et L. 6. §. 1. n. de relig. Ad posteriori genus referendum censemus eiusmodi *cenotaphium*, quod in defuncti, alibi sepulti, memoriam conditum fuit, iis nimis casibus, quibus superstites corpora defunctorum, uel a bestiis laceratorum, uel mari haustrorum, obtinere non potuerunt; ubi ter iacentes puluis manipulum, ut vale...

§. XXII.

SEPVLCRA QVARE RELIGIOSA APPELLATA.

Iam quae sit uera ratio, quare Sepulcra *religiosa* appellata, atque *diuini iuris existimata* fuerint, cum utique res altioris indaginis uideatur, studiosius indagare operae pretium erit. Ante omnia quidem id fundamenti loco collocandum, *Sepulcra apud Romanos Manibus*, imo *Dii Manibus*, dicata atque consecrata a) fuisse; quippe quod non solum ex *Lege XII. Tabb. b)* sed etiam innumeris *Inscriptionibus c)* addiscere licet. Quamuis autem, quid *Dii Manes gentilibus proprie fuerint*, non prorsus expeditum sit; cum aliis ipsae *Animae defunctorum d)*, aliis *Dii Inferi*

valerent, conclamarunt, existimantes, hoc omnino animabus, secundum illorum opinionem, in eiusmodi casu, uagis, ad quietem consequendam prodesse. Ita SVMMERMANNVS *in tois* περὶ τοῖς *t. de D. R. §. 27.* ubi ulterius rem poetarum testimonii illustrat, Locus autem VIRGILLI, quem reflexit MARCIAN. ex L. III. u. 303. sq. hic est:

- manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem
cepsit inanem &c.

Aliter ANT. MATTHÆI ad §. p. I d.
R. D. qui uno spiritu arbitratu legendam utramque legem 6. §. ult. et 7.
veluti unam legem; ut adeo posteriori Principiū rescripto prior Jcti sententia tollatur.

¶. XXII. a) Sic apud GRVTER.
Corp. Inscr. p. 867. Inscr. s. legitur
Consecrata sepulcra religionis.

rum causa. Dedicatio autem atque Conserratio intelligitur *minus solennis*, quam fit circa solemnia verba ac manum Penitentis, sola delimitatione, separatione, illatione, traditione, conf. GVTHER. L. III. c. 4.

b) In qua scriptum: *Sumtua et luctus a DORVM MANIVM JVRE remoueto. Vbi GRAVIN. Orig. I. Ciu. p. 43.* addit, Deos Manes esse Deos Inferos; *Jusque Deorum Manum esse ius sephchorum et funerum.*

c) In quibus legitur: MANIBVS SACRVM vel; DILS MANIBVS SACRVM. Quo et spectat talis Inscriptio: DILS. MANIBVS. LOCVS. OCCVPATVS.

IN. FRONTE. P. VII IN. AGRO. P. III. qualis extat in Villa Julii in Cippomarmoreo, alleg. GVTHER. de I. Man. L. II. c. 19.

d) Ita Manes explicat CALVINVS in

feri e), hoc nomine ueniant: attamen et hoc non adeo difficulti negotio expedietur, atque utraque sententia conciliabitur. Et *Animas* quidem corpore exutas sepius *Manes* ueteribus salutari f); imo et easdem *Animas* pro *Diis* habitas, cultasque religiose g), Antiquitatum gnaris obscurum esse nequit. Vtiusque rei ratio a duplice opinione ueteribus recepta arcessenda uidetur: quod nempe *Animas* humanas non solum *immortales*, atque adeo post

mor-

in Lexic. Jurid. h. u. per *animas et corpore uolantes*, it. *animas melioris meriti*, auctoritate BRISSONII, Ita etiam FABER in *Tbes.* h. u. cum primis VOS-SIVS de *Idolol.* L. I. c. XI, ex instituto.

e) Ita FESTVS: *Inferi Diis Manes pro bonis dicuntur*. Ita etiam GRAVINA Deos *Manes* interpretatur per Deos inferos, u. supra not. b).

f) Diserte enim VARRO ap. AV-GYSTIN. de Ciu. Dei L. VIII, c. 26, ait, omnes mortuos exsimari *Manes Deos*: et probat per ea sacra, quae omnibus ferre exhibentur mortui. Facit quoque hic illud TIBULLI L. 1. Eleg. 1.

Tu *Manes* ne laede meos, sed parce solatis Crinisibus.

Manes autem, boni ominis causa, iuxta linguam ueterem, vocati, quasi *boni*. Nam *manus*, et *manus*, idem ac *bonus*, testis SERVIO in L. III. Aeneid. Add. VOSS. de *idolol.* l. c. p. 82, sq. Hinc PLVTARCHVS Quaest. Rom. L. I. notat, Χρήστε και ποιηθείς λέγεται τας τελευτώντας, uenustie bonos dici, ut habet uersio Latina, quimor-
tis cum nilla communiatunt.

g) Hinc enim *Lares enati*, seu *Di familiares* sive *domestici*: quoniam, ut scribit SERVIVS ad L. VI. Aeneid. apud *Maiores omnes in suis domibus sepeliebatur*: unde *ortum est*, ut *Lares colerentur in domibus*. Add. ALEX. ad ALEX. Gen. Dier. L. VI. c. 14. Si et APVLEIVS Lib. de *Deo Socrat.* obseruat, *speciem daemonum esse animum humanum*, exustum et liberum stipendiis uitae, ueteri Latina linguis Lemurem appellatum: et ex Lemuriibus eum, qui pacato nomine domum posseferit, *Larem dictum familiarem*; si uero incertum fuerit, *Lar sit, an Larua, Manem Deum nuncupatum; et honoris gratia Dei vocabulum additum esse*. Nimirum *Animas à morte in Deos referri Gentilibus creditum fuit*: unde statim in exequis sacra ipsis facta. u. NATAL. COM. Mythol. L. I. c. 13. Sacris enim quibusdam opus fuit, ut *Animas in Deos uenterentur*, ut tradid. SERVIVS ad L. III. Aeneid. testimonio Labonis. Hinc Arae ipsa positiae, hinc dona oblata, hinc sacrificia facta, *Inferiae dicta*, hinc *feriae*

mortem superstites esse b), sed etiam aliquid Diuinitatis a sua origine habere, sive de *dinina natura* participare i), crediderint. Huius enim doctrinae consequens fuit, Animas demortuorum, ceu diuinis, Diisque similes, religiose colendas ac uenerandas esse k). Sed his positis iungenda adhuc alia opinio uidetur, Animas scilicet una cum corpore in tumulo conditas fuisse l), uel saltem loca, ubi cor-

dentes. Hinc est ap. HOMER. L. II Iliad.
Defunctorum animas supplex sum multa
precatus.

Inque Ithaca sterilem uaccam mactare
domi sum.

Polliticus, multisque pyram contexere
donis.

Hinc et SENECA Epist. 86. In ipsa
SCIPIONIS AFRICANI villa ta-
cens haec tibi scribo, ADORATIS
MANIBVS eius, et ara. Hinc fer-
tot Tempa Romae enata sunt, quot
sepulchra Heroum erant. Vtii PRV-
DENTIVS L. i. cont. Symm. canit:

Et tot templa Deum Romae, quot in Ur-
be sepulchra

Heroum numerare licet.

Quo et alludit Epigramma VARRO-
NIS, quo Licini, tonforis Augusti,
magnificentissimum sepulchrum per-
tinxit;

Marmoreo tunulo Licinus iacet: at Ca-
to paruo:

Pompeius nullo: credimus esse Deos?
Videntur autem haec tantum de bo-
nis, sive meliori meriti Animabus,
quas et per Manes proprie intellexit
BRISSONIVS, uera esse.

b) Indicat hoc PROPERTIVS

L. 4. uerb.

Sunt aliquid MANES, lethum non
omnia finit,

Lucidaque euictos effugit umbra rogat.
Et cum primis CICERO de Amicit.
firmat, ubi: Neque enim affentior, in-
quit, illi, qui haec nuper differere coe-
perunt, cum corporibus simul animas
interire, atque omnia morte deleri.
Plus apud me antiquorum auctoritas
ualeat, uel nostrorum maiorum, qui mor-
tuie tam RELIGIOSA IVRA tri-
buerunt, Add. VOSS. de Idolol. l. 5.
p. 70.

i) Docet hoc itidem CIC. Tuſ.
L. 2. ubi: Animus humanus decerpitus ex
Mente Diuina dicitur et pluribus ediscit
MACROB. L. i. ad Somn. Scip. it. LIPS.
Physiol. Stoic. L. III. Diff. 8.

k) Occasio cultus Animarum forte
al initio fuit memoria defunctorum celebra-
ta, et solarium inde captum. u. Lib.
Sap. XIV. MINVT. FELIX in Orlau.
VOSS. l. c. C. XI. Postea accessit Di-
uinitatis persuasio, quam sequata sacra
religiosa ueneratio.

l) Quod haud obscurè innuere ui-
detur VIRG. L. 3. Eneid. uerb.

An-

corpus, pristinum habitaculum suum, conditum, saepius frequentasse, aut plane incoluisse, ibidemque quieuisse *m*): quamuis cum et Animas post obitum ad inferos descendere, crediderint, fatendum sit, non satis sibi hac in parte constare miseram gentilium religionem. Quod si uero per Deos Manes intelligas Deos Inferos, quorum Principes erant Pluto et Proserpina *n*), quorum potestati adeo et ipsae Animae, ad inferos descendantes *o*), erant subiectae *p*): dici posset, et illorum metu ac reuerentia religiose culta sepulcra, religiosaque Jura ipsis tributa; tan-

G

quam

- - - Animamque sepulcro
Condimus, et magna supremum uoce
clemens,

itemque HORAT. Sat. XI. L. I. 8.
verb:

- - - Crux in fossam effusus, ut
inde
MANES elicenter ANIMAS, respon-
sa daturas.

m) An forte hoc respexerint, cum
sepulcta sua SEDES AETERNAS,
itemque DOMVS AETERNAS uoca-
runt, alii iudicent. u. GVTHER.
L. II. c. 20. et ZIEGLER Disp. de Iu-
re Sepult. c. 9.

n) u. POMEY Pantb. Myth. P.
IV. p. 195. sqq. ubi Pluto dicitur Rex
Inferorum: quod sepulcrorum hono-
rumque funebrium usum induxerit: ex
quo fiat, ut in mortuos cedatur exerci-
tare principatum: et Proserpina uoca-
tur Ereb Regina.

o) Tradidit PLATO in Axiocho
(si modo legitimus est eius dialogus)
Opim et Apollinem tabulas quasdam
aeneas in Delum ex Hyperboraeis de-

tulisse, quibus scriptum fuerit: Ani-
mam, postquam fuerit a corpore ex-
clusa, in ignotum quandam subterra-
neum recessum peruenire, ubi regis sit
Plutonis, nihilo minor, quam Iouis sit
aula. u. NATAL. COM. Mythol.
L. III. c. 1.

p) Memorabilis extat Dedicatio, qua
Deorum inferorum potestati sece dedit
Anima, INSCRIPTIONE Camerinenſi
hac: INFERN. PLVTONI CHA-
RÆ. VXORI. PROSERPINÆ. TRI-
CIPITIQUE. CERBERO. MVNVS. ME-
CVM. FERENS. DAMNATAM. DE-
DO. ANIMAM. VIVAMQUE. HOC.
ME. CONDO. MONVMENTO. NE.
OBRVTIS. DOMVS. LAPSV. FILIIIS.
SEX. QVOS. P. SCIPIO. PATRIIS.
CAMERTIBVS. A SALO. ET. LY-
BIA. INCOLVMES. RESTITVERAT.
IN. DESOLATA. ORBITATE. SV-
PERSIM. MISERA. ap. KIPPING.
Antiqu. Rom. L. IV. c. VI. §. 5.

quam res, eorundem Deorum Juri, cui et ipsi mortui, ad quod ea spectabant ^{q)}, suberant, subiectas ^{r)}.

§. XXIII.

DE RELIGIONE ET RELIGIOSO SEPULCRORVM IVRE
VNIVERSIM.

Cum igitur Sepultra Diis Manibus, vel Inferis, religionis causa, consecrata, atque hinc *religiosa*, diuinique *Juris* censenda, constet: iam, quae sit ista *Religio*, ^{a)} quaeque *religiosa* *jura* ^{b)} Sepulcris debita, breuiter quoque exponendum. Nimirum sicuti *Religio* in metu reuerentia ac ueneratione Numinis maxime consistit, obligante homines ad omnia ea omittenda, quae uoluntati Numinis intelligentur aduersa ^{c)}: ita haud dubie *Religio Sepulrorum*, ex mente gentilium, haec fuit, ut homines ex reuerentia erga Deos Manes, aut Inferos, nihil circa Sepultra facerent admitterentue, quo uel Manes defunctorum laedi ac inquietari, uel Dii inferi irritari atque ad iram concitari potuerint ^{d)}.

Cu-

^{q)} Naturaliter enim uidetur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur. L. 4. n. de Relig. et L. 4. C. de Sepulc. n. 10.

^{r)} Non minus memorabilis Inscrip^{tio} Urnae, Patavii in veterissimo monumento repertae, haec: PLVTONI, SACRVM. MVNVS. NE. ATTINGITE. FVRES. IGNOTVM. EST. VOBIS. HOC. QVOD. IN. VRNA. LATET. &c. ap. GYTH. L. II. c. 23.

^{a)} *Religiosa* enim res hominibus religionem incutit; ait CIC. L. II. de Anuent.

^{b)} CIC. L. II. de LL. In iuncta gleba, tum et ille humatus est, et sepulcrum uacatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur.

^{c)} Ita idem CIC. d. L. II. de Inuent. definuit: *Religio* est, quae in metu et ceremonia Deorum est.

^{d)} In hanc sententiam *Religio* fum fere explicavit AELIVS GAILVS apud FESTVM: quoniam sit aliquid, quod ibi homini facere non liceat: quod si faciat, aduersus Deorum voluntatem fecisse uideatur: addens, sepultra ab hac ratione etiam *sacra* et *sancta* appellati. Add. NOODT Comm. Ad n. ^{e)} de

Cuius religionis consequens fuit, ut consueta dominii jura, effectusque ad promiscuos ac profanos usus spectantes, in Sepulcra hominibus exercere haud licuerit.

§. XXIV.

DE REBUS SANCTIS.

Tandem deuenimus ad Res Sanctas, quales censemur, quae sanctione quadam confirmatae, a) et sic ab *injuria* hominum defensae atque munitae b) sunt. Sanctio autem hoc loco intelligitur, qua poena capitisi in violatores constituitur c). Quarum rerum exempla ab Imperatore afferuntur Muri et Portae Civitatis: additurque, quod quodammodo diuinijuris sint, et ideo nullius in bonis sint d). Sed si inquiras

G 2

in

de D. R. Quae et congruunt Legi XII. Tabb. DEORVM MANIVM IVRA SANCTA SVNTO; quam ex SPIEG. et OLD. PRAT. adducit CALVINVS in Lex. Iur. u. Manes, ubi obseruat, quod Manes olim, h. e. Animas e corpore volantes, quasi Deos coluerint; ideoque *ura* eorum voluerint esse *santa*, id est, ab iniuria hominum defensa atque munita.

e) Huc facit explicatio SER.VII SVPITII et MASSVRI SABINI ap. A GELL. Not. Att. L. IV. c. 9. et MACROB. Saturn. L. III. c. 3. qui Religionem a relinquendo esse dicitam, scripsierunt; atque Religiosum, esse, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Remotum autem ac sepositum dici uidetur, non ratione loci, sed ratione usus promiscui: in arando enim loca religiosa relinquenda fuerunt, non exaranda. Add. HOTOMAN. Comm. ad §. 5. I. d. R. D.

§. XXIV. a) VLP. I. 9. §. n. d. D. R. add. NOODT ad d. t. ubi hanc legem ad L. i. n. Ne quid in loco sacro, referendam, atque alteram ex altera interpretandam, censemur.

b) MARCIAN. I. 8. pr. eod. Addit quidem idem Ierius ibidem §. i. sive Eum dictum a *sigminibus*, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos uiolaret, quales herbae sacrae, in portae frondescentes, signa sanctitatis credebat. Add. CL. HEINECC. Elem. I. Civ. sec. Inst. d. t. §. 318. Sed rectius FESTVS et AGGEN. VRB. *sigmina* potius a *sanciendo* deducere uidentur. Add. CALVIN. Lex. Iurid. u. Sanctum et VENN. in Comment. ad I. d. §. 10. b. t.

c) §. 10. I. de R. D. POMP. L. ult. n. d. D. R. Nimurum *sancire*, est, i. *languine fuso* *confirmare*, ut SERVIUS Grammat. testatur,

d) d. §. 19.

in rationes, quare hae res *diuini juris*, et quare *quodammodo diuini juris* dicantur, res obscuritate non caret. Parum enim et hac in parte Romanorum gentilium Theologia pariter ac Jurisprudentia sibi constat. Vnde et in diuersa hic abeunt Interpretum sententiae e) Si conjecturis locus est, uidetur utique etiam harum rerum dedicatio quaedam

Diis

e) Alii enim plene negant, muros et portas proprie *diuini iuris esse*, quod non sint Deo consecrati; quodammodo tamen *diuini iuris*, id est; infra factorum, iure ciuili haberet, agnoscunt, ut GERH. NOQDT ad π. t. d. D. R. Cui fere confronat VNNIVS ad d. §. 10. I. d. R. D. quippe qui, res *iftas diuini iuris appellari existimat*, propter similitudinem, quia nec ipsae cuiusquam sint, aut proprietate, aut usu promiscuo. Sic et HOTOMANN. ad §. VI. I. t. d. R. D. nictat, non plane *diuini iuris* fusile muros sed quodammodo: addita ratione; quod, res *quidem sacrae deorum propriæ fuerint*, siue dedicatae atque assignatae, *religiose quoque Deorum manum* fuerint, muros vero *Deorum* fusile, non legamus. At enim uero uix intelligi potest, qui res sanctæ saltem *quodammodo diuini iuris* celeri queant, ni ad Deos quoque, ex menti Romanorum, spectauerint: imo nec intelligitur, ex qua ratione nullius fuerint, si *diuini iuris* haud fuerunt. Sane enim per solam *sancionem*, i. e. penae capitalis *constitutionem*, *diuini iuris* neuri quam factae sunt.

Alii contra, easdem res *Diis mediis generis*, sive *medioxumis*, dedicatos fusile, opinantur: ut SYMMERMANN.

εν τοῖς πρώτοις t. de Diu. Rer. §. 33. sqq. itemque Cl. HEINECC. *Antiqu.* Rom. cod. tit. §. 5. et Elem. Instit. d. §. 318. quamuis hic tententiam suam restringat, atque *bifariam res sanctas dictas* fusile, putet: uel quatenus *solemnis ritus* dis *medioxumis vel genitis* traditae fuerint, uel quatenus *sancitione potest* *malis defensione* fuerint; atque priori sensu solos muros et *paromaria sancta esse*; posteriori uero etiam portas, ualla, et muros *castrorum*, arbitretur. Verum quanam veterum auctoritate ista opinio de Diis *medioxumis* nitatur, hactenus non constat, quamdui nulla allegata receptur. Allegavit quidem Cl. HEINECC. pro sua sententia G ISB. CVPER. Obs. Lib. III. cap. XVI. p. 13². Sed cum hunc librum inspicendi copia non fuerit, de eius auctoritate iudicire non licuit.

Denique PLVTARCH. in *Quiesc.* Rom. XXVII. Murum omnem *de Etr.* Καὶ καὶ ἱερὸν *intaminatum sacram*- que Romanis habitum putat; portas non item, quod per has et cadaue- ra, et alia immunda, effertur; unde et novam urbem condentes ar- atra locum muro occupandum desig- gnauerint, portarum uero spatis, ara- trum

Diis facta fuisse. f) Si quaeras, quibus Diis, res iterum obscura est. Probabiliter tamen ratione *Diis tutelaribus*, g) iuxta cum tota ciuitate, et muri uidentur commendati, et portae. Quae adeo generalior ratio uidetur, quae muros et portas quodammodo divini juris reddidit. Accesserunt et specialiores. Nimirum muri plane ritibus quibusdam sacris consecrati fuere. b) Portae uero speciali ratione

G 3 diis

trum suspendentes intacta reliquerint, ne scil. religionis quid contraherent, ut VINNIUS in *Comm.* ad t. I. de R. D. cum aliis explicat. Quae idem VINNIUS ita conciliare annitit, ut muros quidem, hanc ob causam, folios Jure Pontificum sanctos, uel sacros existimatatos pueri; portas uero ex mente JCtorum non minus inter sancta numerari, quod eas non magis, quam muros, uiolare fas sit.

f) Probabiliter hacc sententia redditur veteri Inscriptione Veronae apud GRVTER, p. 166. *Inscr.* 2. hac: COLONIA. AVGUSTA. VERONA. NOVA. GALLIENIANA. VALERIANO. IL. ET. LVCILLO. COSS. MVRIL. VERONENSIVM. FABRICATI. EX. DIE. III. NONARVM. APRIL. DEDICATI. PRIDIE. NON. DECEMBRIS. ETC.

g) Tradidit enim iam TERTVL LIANVS aduers gent. Ciuitates omnium Deos habuisse tutelares. Idemque ex solenni carmine, quo Deos tute-

lares Romani e Ciuitatibus euocabant, apud MARCOB. *Saturn.* L. III. c. 7. fatis eluet. Ita enim illi: SI DEVS, SI DEA EST, CVI POPVLVS CIVITAS QVE N. EST IN TVTELAM, TE QVE MAXIME N. QVI VRBIS HVIVS POPVLIQVE TVTELAM RECEPISTI, PRECOR etc. Quamvis Romani illius Dei, in cuius tutela urbs Roma erat, uerum et Latinum nomen ignotum esse uoluerint; ex ratione, quam affert PLINIVS Hisp. L. XXVIII. c. 2, ne qui hostium simili modo agerent. Add. BRISON. de *Formul.* L. I. p. 48. Ceterum hanc rationem quoque probat ALEAND. ad CAJI Hisp. verb. quodammodo divini jur. asserens, propter Deos tutelares, quorum custodie portae et moenia commendata fuerint, ideo divini iuri quodammodo dici posse.

h) Romani enim nouam urbem condituri, more Hetrusco, data prius augurio opera, cum tauro et uacca, aeneo uomere adhibito, arabant locum muro occupandum: ubi portam esse uolebant, uomere exempto, aratum tol-

diis certis dedicati uidentur, quorum et simulacra illis affixa, et nomina tributa. ⁱ⁾ Et haec uideretur uera fuisse ratio grauioris illius poenae, capitalis nempe, in uiolatores murorum et portarum, ueluti sacrilegos, statutae ^{k).}

CAP. II.

tollebant ac portabant. Ducto sulco, boues illi, aliaeque uictimae Diis immolabantur; ac tandem muri extruebantur. De quo ritu OVID. *L. AIFI.*
L. IV.

*Ipsé, tenens sinuam, designat moenia
sulco,*

*Alba iugum nino cum bove uacc
tulit.*

Add. PLVTARCH. *Qu. Rom. XXVII.* BVELINGER. de Rom. Imp. L. I. c. 1. ALEX. ab ALEX. L. VI. c. 14. VNN. Comm. ad d. *l. 10.* qui et hoc ritu facro adductus addit: *Fortassis tamen muri, quod auspicio et solenni sacrificio signabantur, etiam proprie in rebus diuinis juris habiti sunt.*

ⁱ⁾ Prudentes enim Hetruscae disciplinae auunt, ut scribit JAC GVTHER, de Vet. Jure Pontific. L. III. c. 10, apud Conditores Hetruscarum urbium non putari urbes iustas fuisse, in quibus tres portae non fuerint dedicatae et uotinae. Illas ideo quodammodo diuini ius est dicit CAIVS, tum propter dedicationem, tum propter simulacrum sanctitatem, quae in portis urbium collocabantur, quaeque transeuntes ritu quodam religionis salutabant; erantque Portae ipsae quasi sedes et templo Deorum. Quapropter ab ipsis Diis portae nomen ut plurimum sortiebantur,

uel Imperatorum iussu prisco nomine commutato. Gratianopoli:

D. D. N. N. IMP. CAES. GAIVS. AVREL. VALERIUS. DIOCLETIANVS. P. P. INVICTVS. AVGUSTVS. ET. IMP. CAESAR. MARCVS. AVRELIVS. VALERIUS. MAXIMIANVS. PIVS. FELIX. INVICTVS. AVG. MVRIS. CVLARONENSIBVS. CVM. INTERIORIBVS. AEDIFICIIS. PROVIDENTIA. SVA. INSTITUTIS. ADQUE. PERFECTIS. PORTAM. ROMANAM. IOVIAM. VOCARI. IVSSERVNT.

Idem Imperatores:
PORTAM. VIENNENSEM. HERCULEAM. VOCARI. IVSSERVNT.

^{k)} Quam rationem, *sacrilegii* nempe crimen, quod committere is, qui in muros aliquid deliquerit, etiam Celebert. BOEHMER. in not. x) ad. *l. 10.* *L. de R. D.* allegat, atque exemplo ier. minorum, qui itidem *sancti* fuerint; Deorum terminalium religioni muniti illustrat.

CAP. II.

DE VSV EFFECTVQVE DIVISIONIS
RERVM IN RES DIVINI ET HVMANI
JVRIS ILLARVMQVE IN SACRAS RE-
LIGIOSAS ET SANCTAS.

§. I.

ORDINIS RATIO ET CONNEXIO.

IAm ordo nos deducit ad *usum effectumque*, quem Diui-
siones rerum, modo expositae, tam in causis *civilibus*,
& *ecclesiasticis*, quam in *criminalibus*, sive iure Rom. et Iu-
stinianeo, sive canonico, sive iure moribusque Germano-
rum, cum primis Protestantium, habeant, breuiter,
pro instituti ratione, edifferendum.

§. II.

VSVS HARVM DIVISIONVM IN CAVSIS CIVILIBVS
EX IVRE ROM.

Et in causis quidem *civilibus* Res *divini iuris* iure
Rom. ita differunt a rebus *humani iuris*, ut cum hae in
patrimonio commercioque hominum sint, illae e contra-
rio extra patrimonium omne humanum, tam publicum,
quam priuatum, sint positae ^{a)}, atque adeo commercio
homi-

^{a)} Pr. et S. 7. I. d. R. D. Evidem H.
COCCEIVS in Disp. de Evocat. Sa-
crorum. S. II. §. 13. 16. 17. 25. statuit.
Homines *sunt proprium quoque habere in*
re profanas, et illas hominum esse, cum
populi, sum primatorum, sed quod uis
sibi uernaculos; sicut sacros et religiosos,
res sacras et religiosas, perinde, ut in
re profanas. L. 17. de V. S. Quac-
non profanas. L. 17. de V. S. Quac-

hominum prorsus exemptae b). Cuius rei ratio et fundamen-
tum est peculiaris harum rerum qualitas, qua, ex
principiis Jurisprudentiae ethnicae, iuri ac dominio Deo-
rum erant adscriptae, atque adeo, intuitu hominum, nullius
existimabantur, et quidem ita, ut nec *aliqui* fieri possent:
magis certe ex ratione status sacerdotalis c), quam ex rei
ueritate. Hoc enim principio semel posito atque admisso,
proximum erat, ut omnis *alienandi* huiusmodi res, se-
mel Diis dicatas, aut *obligandi* d,) atque adeo Diis eas
ueluti subrahendi, facultas hominibus esset adempta e).
Cum enim alienatio effectus sit dominii, sane expeditum
est, alienari non posse ab hominibus res, dominio huma-
no haud subiectas.

§. III.

DE REBUS SACRIS CHRISTIANORVM.

Moribus Christianorum itidem dantur Res, rebus
Sacris Romanorum gentilium respondentes; quae dupli-
cis sunt generis: Aliae enim cultui diuino *immediate* et
directe inseriunt, aliae *mediate* et *indirecte*: Illas res
Sacras in specie; has Ecclesiasticas appellitari moris est:

Vtri-

uis, ad quam speciem iuris ius istud sit
referendum, forte difficile fuerit ad ex-
pliandum cum sane demissi effectus
in rebus nullius esse nequeat. Add. su-
pra C. I. §. 1.

b) L. ult. C. de pæt. int. emt. ibi:
iure humano locum exemerit.

c) Uti et obseruat B. THOMAS. in
Diff. de Natura Bon. Secularis. §. 2.

d) §. 8. I. d. R. D. L. zi. SANCI-
MVS C. de SS. Eccl. ubi Imperator
hanc regulam ponit: *Res, quae diuini*

iuris sunt, humanis nexibus non sunt
illigandae. Add. RITTERSHVS. I. Insin.
P. I. c. VIII n. 17.

e) Consequens est, quod nec *usucapi*
possint. §. 1. I. de V'uscap. nec in si-
pulatum deduci. §. 2. I. de Inutili si-
pulat, nec uenti, nisi per accidens,
cum uniuersitate scilicet bonorum. §.
fir. I. de Em't. uend. L. 6. 22. 23. 24. et
37. n. de contrad. emt. L. 62. n. de A.
R. D. Add. GVTHER. de Iure Man.

L. III. c. 5. 6. 7.

Vtriusque generis iterum aliae sunt immobiles, aliae mobiles.

§. IV.

DE REBUS SACRIS IN SPECIE.

Inter Res Sacras principem tenet locum *Templa*, quae tamen Christiani SS. Ecclesiæ, aliquis nominibus, appellare maluerunt, a) quæque sunt aedes, cultui diuino celebrando, et conventibus ad hunc finem instituendis, dicatae uel consecratae, a CONSTANTINI M. in primis temporibus magno numero ac splendori extrui coptæ b). Eodem spectant uariae *Res aliae*, uel tanquam *partes* templi aedificio aut solo cohaerentes, uel ut *instrumenta*, cultui diuino celebrando, sacrisque faciendis, inferuentia, uel saltem ad ornatum et decus Ecclesiæ aut cultus facientia:

H

entia:

a) Quoniam enim *Temporum* uox tota gentilis, et plena superstitionis uidebatur, ideo eam detestabantur ueteres Christiani, atque aedes suas sacris coeptibus destinatas, Ecclesiæ potius, uel *Conuentu* etiam, itemque *Domus Dei*, *Professores*, *Domus orationum*, *Oratoria*, *Basilicas*, quippe ad instar regiarum domuum extutæ, uel *Dominicas*, *evangelicas*, unde *Germanicum*, *Kirch*, uel etiam *Martyria*, sive *Memorias*, ueluti loca, celebrandis *Martyrum* memoris accommodata, appellabant; ut adeo *domus* sive *orationum*, ut loquitur AVGUSTINVS Epist. 64. ad *Aurel*, uti a Gentiliis temporis re differebant, ita et uoce distinguerent. u. BUCHNER. ad FABRI *Theatrum* u. *Templum*, OISEL. Not. ad CAJI *Infr. L. II. T. I. §. 1.* RITTERSHVS. *I. Justin. P. I. c. 8. n. 8. / 99.*
b) In ueteri Testamento unicum fuit *Templum*, Hierosolymitanum nempe, Palatii ecclesiæ aemulum, u. J. B. BELLII d. T. Aug. c. 9. uni uero Deo dicatum, atque unius Christi typum referens: Unde aliud aedificare Judæis haud licuit,

Hoc per Romanos destructo, nulla uspiam tempora, aut aedes sacras, Ecclesia Apostolica, et hanc proximè sequuta, habuit, per tria fere secula: sed uel in dominibus priuatis, uel in cryptis, et subterraneis locis, uel in coemiteriis etiam; super sepulchris martyrum, coetus suos celebrarunt. u. EVSEB. H. E. L. VII. c. 11. p. 313. THEODORET. H. E. Lib. II. c. 14. Tandem uero, cessantibus persecutioibus, feliciora Christianis tempora illuxerunt, atque CONSTANTINI M. beneficio splendidissima ipsius tempora, sive aedes sacrae publicae, ad instar palatiorum regiorum, extuti coepuerat. u. EVSEB. *Vita Constant.* L. II. c. 46. p. 382, SOZOMEN, L. i. c. 8. Quod exemplum deinceps alii Imperatores Reges et Principes imitari sunt; ut adeo hodie Christiani ubique terrarum templis, uel si maius Ecclesiæ, abundant. Add. ZIEGLER. de *Dote Ecclesiæ*. C. II. ubi ex antiquitate originem Temporum egregie deducit, ZEPPER. *Polit. Eccles.* L. I. c. 25. REINHARD. *Disp. de Potestate ciuii in Templ.* C. L. S. III. §. 2, 3, 4.

38 CAP. II. DE VSV EFFECTVQ. DIV. RER. IN RES DIVIN.

entia: ueluti, *Sugestus*, *Baptisterium*, *Altare*, uel *Mensa*, pro Coenam Domini administrastra, cum horum omnium uasis, calicibus, scutellis, bierotbecis, vulgo, monstrantiis, *Candelabris*, *Vestimentis* sacerdotalibus, *Messgewand*, *Chorrocken*, tegumentis, mappis, linteis, ac ornamentis, auro saepe, argentoque, ac gemmis, fulgentibus, itemque *Cruces*, *Imagines*, *Reliquiae sanctorum*, *Subsellia* siue *sedilia* uarii generis, *organa musica*, denique *Campanae*. c) Quae omnia quoque res sacrae sint censendae, ex infra dicendis intelligetur.

§. V.

DE CONSTITUTIONE ECCLESIAE.

Ecclesia ut rite legitimeque constituantur arque fundetur, ante omnia, si *Iusta* subsit *Causa*, a) Superior, uel Patronus, et hic quidem cum consensu Principis, b) uel Episcopi, c) certum locum huic fini dedit, d) necesse est. Deinde Ecclesia, antequam constructio concedatur, sufficienti *dote*, e) instruenda, idque idoneis instrumentis docendum f). Tum extructio Templi suscipitur, quae itidem, moribus Catholicorum, certa forma g) certis-

que

e) u. LANCELOT. *Infl.* I. *Can.* L. 2. *T. XVIII.* §. 1. ibique ZIEGL. in not. ad uerb. et reliquis ad diuinum cultum. FLEVRY *Infl.* *Jur.* *Eccles.* P. II. C. V'II. §. 1-6. ZEPPEL. *L. c. p.* 209. RITTERSHVS. I. *Infl.* *Can.* P. 1. c. 8. n. 10. SCHILTER. *Infl.* I. *Can.* L. 2. *T. VII.* §. 9. *Tit.* *Priu.* L. 9. C. V. §. 9.

§. V. a) c. fin. X. de *Eccles.* aedif. CORVIN. I. *Can.* L. 2. *T. XX.* §. 4. FLEVRY *Infl.* I. *Eccles.* P. II. c. VII. §. 2.

b) Scilicet ex principio Juris publici universalis, et monibus Protestantium. u. SCHILT. *Infl.* I. *Can.* L. 2. *T. VII.* §. 2. REINHARD. *Diss.* de *Potest. Ciu. in Templo* C. II. *Sect.* I. §. 2. 199, et *Sect.* V. §. 2. 199.

c) Jure *Can.* puta. Sine Episcopi enim auctoritate domus manet profana. v. *Can.* 10. C. 18. qu. 2. et *Can.* 8

Diss. 1. de *Consecrat.* GONZ. TELLEZ. ad *Decretal.* T. de *Consecr.* Ecl. §. 11. CORVIN. l.c. §. 9.

d) u. CARPOZOV. *Iuriaprl.* *Ecl.* L. II. Def. 334. BRVNNEMAN. I. *Eccles.* L. 2. C. II. §. 3.

e) i.e. reditibus, ad impensas in rem diuinam, itemque fabricam Ecclesiac, faciendas, personasque ecclesiasticas sustentandas, necessariis. u. ZIEGLER, de *Dote Eccles.* c. 7. per tot.

f) Nouell. 3. c. 1. c. 3. X. de *Eccles.* Sine dote enim non intelligitur Ecclesia. Add. A. MATTHAEI *Manud.* ad I. *Can.* L. II. *T. 7.* FLEVRY *L. c.* §. 2. BRVNMEM. I. c.

g) Ad modum nempe humani corporis; cancellus namque, siue locus, ubi est Altare, caput repraesentat; et crux

que ritibus, circa lapidem in primis angularum ponendum, adhuc
bitis, b) crucis nimirum fixione, i) ac precibus, perficitur,
etiamq. de consacratione ecclesiae.
Demum sequitur *Dedicatio* solennis, sive *Consecratio Ecclesiae*. a) Dedicatur autem Ecclesia, moribus *CATHOLICORVM*,
non solum DEO, sed, praeter Deum, etiam *Sancto*, aut *Martyri*;
b) unde et *Titulum*, sive nomen, Ecclesia accipit. c) Confe-

reux ex utraque parte, brachia et manus, reliqua pars ad occidente, quietum corpori superesse uidetur. u. DV-RAND. Rational. d' u. offic. L. t. C. I. n. 14.
Sed recte STRYK. ad BRVNN. I. E. l. c.
§. 3. notat, moribus Protestantianis hanc
formam in novi templi extractione non
necessario sequendam, sed potius eo
respicendum, ut Auditoribus omnibus
commodus pateat locus verbum Dei au-
diendi.

b) Nimirum area designata, Episco-
pus in loco, in quo altare fabricandum,
stucem figit, lapidemque angularum
inter preces, quibus Christi, tanquam
lapis angularis, mentio fit, benedit,
mysteriaque per hanc constructionem
significata explanat. u. Pontif. Rom de
benedict. prim. lap. GONZ. TELLEZ.
l. c. BRVNN. l. e. FLEVRY l. c. §. 2.
i) Non. s. c. 1. et Nou. 131. c. 7. ZIEGL.
ad LANCELL. l. 2. T. XVIII. §. 9.
§. VI. a) In primiuita Ecclesia uti a
nomine templorum, ita et a ritu con-
secrationis ethnico abhoruerunt Chri-
stiani. Domus sua orationum a pro-
fusio uisu quidem separarunt, sed fine
singulari dedicatione, et ipso facto po-
tius, ac per voluntariam abstinentiam,
u. ZIEGL. l. c. §. 8. Augelente decin-
consecrationis pompa quoque inauit,
ad eo, ut iam Athanasii tempore offici-

um diuinum non nisi in Ecclesia con-
secrata celebrari potuerit. u. REIN-
HARD. d. Disp. C. I. S. III. §. 35. FLEV-
RY l. c. §. 3.

b) u. a. MATTHAEI Man. ad I. Can.
L. II. T. 7. p. 167.

c) Sicut apud Ethnicos templum ab
Idolo suo fuit denominatum, eiusque
Titulus super valvas templi affixus. u.
sup. C. I. §. 15. Hinc et apud Christianos
tempa Sanctorum ipsa, sive Ecclesiae, imo et bona Ecclesiae loco doris
data, Tituli appellari suerent. Ita Titu-
lum explicat STRAVCH. in Amoenit.
I. Can. Eccl. L. III. c. 14. p. 90. TITVLLI.
inquit, nihil aliud sunt, quam tempa,
in memoriam Sanctorum erecta, et per
urbis regiones distincta, in quibus anima-
rum cura a Presbyteris, qui ibi commona-
bantur, habebatur. Faciunt huc uerba
PII I. in Epist. ad Iust. Vienn. Presbyteri,
pastor titulum condidit. Ad quae IOS.
MEDE Theol. Angl. in Diss. de usu tem-
pler. tempore Apost. et prim. Eccl. c. 4.
a BENTHEMIO in Germ. translat. ita
commentatur: Ob die Romische Kirche
solchen Herkern den Rahmen Tituli ge-
geben, entweder deswegen, weil bey den
Einführung der Künige Christi uns
Herrn auf dieselbe geschrieben, wie
dar die Gewohnheit war, den Rahmen
oder Titel des Eigenthums. Herrn au-

dag

olagog zu sein und sofortig, da ab

cratio fit ab Episcopo dioecesos, conuocatis uicinis Episcopis, uel Abbatibus ^d). Dedicationem praecedunt *jejunium* et *uigiliae*, coram reliquiis, altari immittendis, cantandae ^e). Praefituto die Episcopus, postquam aquam ante fores templi benedixit, praeuia solemni processione circa Ecclesiam instituta, ardentibus interim in ea luminaribus, solemni ritu templum ingreditur, atque Consecrationem, Litania cantata, et Alphabeto Latino ac Graeco in pauimento super cineres ad hoc sparsos, per modum cruis, descripto, uariis benedictionibus intus et extus suscepis, adhibita aqua, sale, uino, cinere, rebus ad purgationem factis suffit quoque addito, ac muris interioribus, crucibusque in iis depictis, hinc inde sacro oleo inunctis, perficit. Mox et *Altare* consecrat, in eoque reliquias condit. Denique ipse Missam celebrat. Sed et imago Diui uel Diuae, cui templum dedicatum, infertur. Dedicationis solemnia per oculum protrahuntur. Nec solemnes epulæ, eleemosynæ, indulgentiae, negliguntur. Quia et Dedicationis memoria quotannis per *Encaenia* recolitur ^f). At hodie huiusmodi consécrationes nec apud Catholicos aequæ frequentantur, sed in locum earum succedit *Benedictio*, quæ facilius peragitur ^g). Apud *PROTESTANTES*, loco Consecrationis sunt prima sacra, quibus aedes noua sacræ usibus initiatur: dum precibus et hymnis Ecclesia Deo commendatur, atque solemni oratione sacra auditores ad deuotionem excitantur; qui

das Haus zu sehen, da dann solche Bezeichnung mit den andern Namen, als *xupaxov* und Basilica, des Herrn, und des Königes Haus, auf eines hinaus laufen würde, oder deswegen, weil sie einen Titulum curiae, oder Bezeichnung den Präbiteris geben, welchen dieselben anvertraut waren, welches lasst ich andern entssprechen.

^d) c. 1. de relig. dom. CORVIN. T. XXI. §. 2. A. MATTHAEI l. c.

^e) u. FLEVRY l. c. §. 4. ubi Celerberr. BOEHMER. lit. (o) notat: Pridie enim illius dici, quo Ecclesia consecranda est, Episcopus cum clero et populo

processionem instituit, reliquiasque deportari curat ad tentorium, quod ante ecclesiam pro afferuandis per noctem reliquias erectum est. Ipse ecclesiac ele- rusea nocte uigilias ante SS. reliquias celebrat, et ita se se ad actum solennem præparat.

^f) u. BELLARM. Tom II. *Controv. L.* III. de cultu Sanct. c. 5 GONZ TELLEZ l. c. §. 13. A. MATTHAEI l. c. FLEVRY l. c. BOEHM. I. E. L. 3. T. XL. tot. ubi ritus consecrationis, pluribus ad- ditis circumstantiis, describitur latius.

^g) ut testatur GONS. TELLER. l. c.

quibus plerumque et Sacramenti utriusque, Baptisimi scilicet et S. Coenae, administratio accedere solet b).

§. VII.

DE CONSECRATIONE ALTARIVM, CETERARVMQVE RERV M
SACRARVM.

Sunt quoque peculiares ritus *Altaria a)*, itemque *uasa* sacra, *calices*, *scutellae*, *capsae* reliquiarum, *Imagines*, *sancotorum*, *mappas* et *lintea* altarium, *uestes* sacerdotales, *quin* et *campanas*, consecrandi, uel benedicendi, apud *CATHOLICOS* usu recepti; quorum praecipuum partem, chrismatis, siue olei sacri, aquae iustitiae, usus, suffitius item, ac preces, faciunt b). Cum e contrario apud *PROTESTANTES* huiusmodi res mobiles solo usu, cum perpetua destinatione ad usus sacros coniuncto, sacra fiant c).

§. VIII.

DE RERV M SACRARVM QUALITATE ET DOMINIO.

Consecratio, ex principiis juris *CAN.* peculiarem *qualitatem* *sacram*, siue *sancctorum* *intrinsicam* a), ipsis aedibus uidetur imprimere, ad Missam, aliaque sacra in illis celebranda, easdem idoneas reddentem b). Sed an eadem consecratio iure *CAN.* et iam dominium rerum sacrarum in Deum, aut *Sanctos*, quibus consecrantur, transferat, atque adeo *divini juris* eas faciat, non sat is liquidum est c). Hoc certum, ex ueriori *PROTESTANTIVM*

H 3

sen-

b) u. STRYK ad BRVNNEM, I. C.
3.c. §. 3. verb: ab Episcopo consecrari.
§. XVII. a) Ritus solenniores in Altarium consecratione alias adhiberi solitos describit GONZ TELLEZ. l. c. sed tandem addit, hodie altaria tantum christiani unctione, et benedictione sacrari.

b) u. FLEVRY l. c. Cap. VIII. §. 2.
35. ubi aque ac in Animadu. Dn. BOEHMERI sub lit. (x) de Campanarum in primis baptismate, uel, si maius, benedictione, singularia norantur.

c) u. STRYK. ad BRVNNEM. I. c. §. 1.
§. VIII. a) u. c. 3. C. 12. q. 2, ibi; Quic-

quid semel consecratum, sanctum
sanctorum Domino erit. Ita enim dif fer-
te GONZALEZ TELLEZ. l. c. §. 13.
Unde descendit, templo sancta, et reli-
giofa loca esse, ueneratione et cultu di-
gnia, quia consecrationis solennitate sacra
efficiuntur, et sunt divina speciali uirtu-
te praedita. Add. ZIEGL, ad LANCELL.
L. 2. T. XVIII. §. 12.

b) GONZ TELL, l. c. CORVIN L. 2.
T XXII. tot.

c) Neque enim uel à TELLEZIO,
uel à CORVINO d. T. inter effectus
consecrationis hic refertur. Ex natura
sacrae uerbi mundus non illi ta-

sententia, res huiusmodi sacras non nisi *externa* gaudere. *santhate*, ui cuius a profanis saltem usibus, publica auctoritate, sunt separatae: neque etiam *divini juris*, in sensu ethnico, atque adeo *nullius*, sed *humani* utique *iuris*, easdem esse censendas, ita tamen, ut ius hominibus in eas competens, ex finibus illarum, ac usibus sacris, ad quos destinatae sunt, sit metendum. Quod si quaeras, in cuius ergo dominio sint res Sacrae? breuiter respondemus: in *dominio* cuiuscumque *Ecclesiae* particularis, tanquam uniuersitatis, cuius usibus destinatae sunt e). Ut adeo haec res quam maximam habeant conuenientiam cum *rebus uniuersitatis*, quarum proprietas quidem est penes totam uniuersitatem, usus uero pertinet ad singulos ex uniuersitate. Quid quod nonnullae harum rerum nec dominii priuati commerciique prorsus sint incapaces. *Subsellia*, puta, templorum: quippe quorum uel usus, uel dominium, restringunt tam, singulis ab Ecclesia concedi solet. Vtriusque iuris effectus ex lege concessionis iudicandi. Pro diueritate autem iuris in subsellia competit, aut tituli, quo possidentur, diversa eorum nascuntur genera. Siquidem alia sunt *Officialia*, quorum usus officio cohaeret: alia *personalia*, quae ad certam personam, eamque in parochia domicilium habentem, sunt restringita: alia *familiaaria*, quae certae familiae, aut, si ita conuentum, toti cognationi, sunt communia: uel denique *hereditaria*, quae ad modum aliarum rerum propriarum, non tantum iure successionis, sed etiam alienatione inter viuos, nisi lex, aut *couentio*, aut consuetudo, obstat, in alios transferuntur f).

§. IX.

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

Sequuntur *Bona Ecclesiastica*, quae sunt res, ad sustentandas

tamen negotii, dum res istae Deo consecrantur, itemque hypothesi de bonis ecclesiasticis, quae patrimonium vocantur *Christi*, c. 16. X. de praebend. id consequi uidetur.

d) Conf. COCCEJ, de Euocat. sacr. S. II. §. 24.

e) Ut iam dudum docuit Praeses in

PVFEND, suo Enaci. L. 2. C. XXII, n. 6a^o.
6. Confess. SCHILT. Inst. I. Can. L. 2.
T. VI. §. 1. et T. VII. §. 5. Tit. I. Pria.
L. c. §. 18. Da. LEYSER. Medit. ad xi.
Spec. XXII, n. 2.

f) u. SCHILT. l.c. Tit. VII. §. 5. 6.
7. TIT. E. Pria. L. g. C. VI. tot.

personas ecclesiasticas, uel pauperes, aut aedificia ecclesiastica conservanda, aut alias impensis in cultum diuinum rite peragendum facientes, Ecclesiae dicatae. Constant autem, quod ad substantiam, uel ex *praediis*, iisque tam urbanis, puta aedificiis, quam rusticis, ueluti agris, vineis, pratis, hortis; uel *hominibus*, sive propriis, sive aliis rusticis, quos dotales vocant, per quos illa praedia coluntur; uel denique *oblationibus*, *Decimis*, *Censibus*, aliisque redditibus, in pecuniis, animalibus, aut frugibus, consistentibus a) atque adeo in mobiles et immobiles itidem recte dispensentur. Eadem Ecclesiae Bona alio intuitu in *Dotalia* diuiduntur, et *Communia* b). *Dotalia* salutantur, quae, instar dotis c), Ecclesiae, in prima eius fundatione data, atque speciali destinatio ne ad sustentationem illorum, qui Ecclesiae inferunt, dicata, officioque adeo sacro connexa sunt d): Qualia et *Tituli*, e) *Re-*

neſi

a) u. SCHILT. I. Can. L. 2. T. VI.
§. 2. 4. sgg. et Tit. VIII. et IX. pertot.
RITTERHVS. I. Iuſtin. P. I. C. VIII.
n. II. ZIEGLER. de Dote Ecl. c. 3. 8. 9.
BOEHMER. I. Ecl. L. 3. T. V. §. 2. et
sgg. Tit. I. c. C. V. §. 12. 14. 15.

b) Olim Bona Ecclesiastica unius ei-
iusdemque generis fuerunt, ut distri-
butio corum tantum in quatuor portio-
nes a GREGORIO M. c. 30. C. 12. q. 2.
praecepta, ita, ut una cederet Episco-
po et familiis propter hospitalitatem, et
susceptionem; alia clero; tercias pauperi-
bus; quarta ecclesiis reparandis, impende-
re tur. Cuicunque tamen postea non adeo
ratio est habita, u. Dn. BOEHMER. I.
Ecl. L. 3. T. V. §. 44. sgg. et Tit. XII. 20.

c) Quia scilicet Ecclesia Episcopi con-
iux est, adeoque ei detem affere de-
bet, sec. c. 11. C. 7. qu. 1. c. 2. N. de trans-
f. Episc. add. TAT. I. c. §. 11.

d) u. ZIEGLER. de Dote Ecl. C. 7. tot.
d. MATTHAEI Man. ad I. Can. L. 11.
§. 2. Dn. BOEHMER. I. E. L. 2. T. XXVI,
§. 25.

e) Desuntam hanc appellationem
potat Dn. BOEHMERVS f. E. L. 3. T.
V. §. 132. ex more Romano, quo se-
puleris et monumentis inscribabant *Ti-
tulos*. Sed probabilius nobis supra ui-
sum, a *Titulo* idoli, quo non solum
templum, sed etiam fundum ei dicau-
tum, insigniebant, eam derivare. Quo
et facit Observatio eiusdem Dn. BOEH-
MERI, quod domini praedii suis *titu-
los*, et nomina sua praefixerint, ut de
dominio corum publice constaret, ut
doceat tit. C. de his, qui potentiorum no-
mine titulos praedii affigunt, ac nota-
biles locis AVGVSTINI, ex JAC. GO-
THOFR. Comm. ad L. un C. Theodosij, de
his, qui potent. nom. in lit. prae-
aductus. Unde addit: ex titulis praefi-
xis ergo constabat de domino, de pos-
sesso, et sic praedia ipsa ad titulum
alicuius spectare dicebantur. Eodem
sensu postea Ecclesia, ad quam quis or-
dinatus erat, *titulus* eius dicebatur, tum
quod *titulus* Sancti uel *Martyris* ei ap-
pō.

nescia, Praebendae, f) Catholicis, Protestantibus uero *Salaria* ^{g)} appellitantur. In quem censum imprimis referuntur *Bona Episcoporum et Praelatorum Mensalia, Taffel-Güter* / quae scilicet primordialiter, ut loquuntur, ad fundationem Episcopatus destinata fuere, uel postea iis incorporata; id quod ex destinatione expressa ad mensam Episcopi colligendum ^{h)}. Par est ratio eorum reddituum, qui alii clericis simili fundatione ac destinatione perpetua assignati sunt ⁱ⁾. *Communia* uero Ecclesiae bona dicuntur, quae citra peculiarem hunc respectum, in patrimonio sunt Ecclesiae ^{k)}; veluti, quae post fundatam iam Ecclesiam acquisita sunt, nec unquam bonis dotalibus speciatim incorporeta ^{l)}.

§. X.

DE DOMINIO BONORVM ECCLESIASTICORVM.

Bona Ecclesiastica aequa, ac res sacras, in *dominio Ecclesiae* esse, merito afferendum est ^{a)}, quamuis alii, ex diuersis principiis, alios iis dominos uel in coelo, uel in terra, quaerant ^{b)}.

Certe

positus, tum etiam, quod haec illius, qui ad eam ordinatus erat, esse uideatur. Extensa postea haec denominatio ad bona ecclesiastica, Ecclesiae, uel officio, destinata. Hacc Dn. BOEHM. add. A. MATTHAEI I. Can. I. c. T. X. et OCKEL. de *Praefcript. Immem. C. IV.* tb. 7. 8. ubi itidem egregiae de *Titulis observationes*.

f) u. CORVIN. I. Can. L. 2. T. XXVIII. n. 3. s. Dn. BOEHMER, I. E. L. 3. T. V. §. 49. 199.

g) u. SCHILDT. I. Can. L. 2. T. VIII. §. 6. BOEHM. L. 3. T. XIII. 20.

h) u. L. B. de LYNCKER. *Reſp. II.* n. 50. LINCK. de *Jur. Episc. c. XIV. n. 162*. BOEHM. L. 2. Tit. XXVI. §. 25. et L. 3. T. XIII. §. 19. OCKEL. *Tr. Laud. d. tb. 7. 8. it. tb. 13.* FLOERCK de *Orig. Bon. mensae Episc. c. 1. §. 7. 194*.

i) u. Dn. BOEHM. d. L. 2. T. XXVI. §. 25. et L. 3. T. XIII. §. 19. ubi addit; eiusdem quoque Juris esse die Pfarr. Güter, quae Parochio speciatim deputata.

k) u. Dn. BOEHM. locus cit. et OCKEL. L. c. tb. 12.

l) Vt adeo ueluti *Paraphernalia Ecclie* uideantur.

§ X a) Vt adeo res sacrae ab ecclesiasticis non dominio differant, sed usu. Conf. GONZALEZ ad c. 2. X. de reb. Eccl. non al. LAVTERB. Comp. J. t. de R. D. STRVV. S. I. C Ex. III. §. 7. TIT. I. Priu. I. c. §. 19. BOEHM. I. C. L. 3. T. 5. §. 30.

b) Alii enim dominium eorum Deo tribuant; unde possessio[n]es Dei, item que patrimonium Christi appellant. Alii idem Dominium Pontifici, alii Clerico, allii

Certe diuini iuris eadem esse c), cum nec consecrata sint, imo si et consecrata essent, nemo suffragante ratione solida dixerit. Sed uti res uniuersitatis aliae in specie tales sunt, quarum usus pertinet ad omnes et singulos ex uniuersitate, aliae uero in patrimonio uniuersitatis, ueluti in ciuitatibus die Cammercy-Güter: ita Bona Ecclesiastica in patrimonio sunt Ecclesiae, ad impensas inde in usum Ecclesiae faciendas accommodata d). Quamuis dominium aliquod restrictum ipsis etiam Clericis, ueluti Episcopis, ac Praelatis, quorum usibus beneficiisque adscripta sunt, in ea, forte non praeter rem, tribuere licuerit e). Ceterum et Principi supra inspeccio ac directio circa haec bona merito vindicanda f).

§. XI.

DE ALIENATIONE RERVM SACRARVM.

Praecipius usus effectusque, quem diuersa harum rerum natura gignit, in *Alienatione* a) earum cernitur. Quod ad res Sacras attinet, JVSTINIANVS principium quidem ethnicae Ju- risprudentiae, quod res sacrae sint diuini iuris, adeoque nullus, et fluens inde consecrarium, quod ideo alienari non possint, pro regula retinuit, sed talibus exceptionibus regulam infirmauit,

alii pauperibus alii Principi adscribunt. In Med. ad n. l. c.

a) u. Dn. BOEHM. L. 3. T. V. §. 132. et OCKEL l. c. rb. 19.

f) u. Dn. BOEHM. l. c. §. 31. Dn. LEYSER l. c. add. Praefid. PVFEND. Excul. L. 2. C. XXII. §. 61. §§.

a) Alienatio alia est plena, qua Dominium prorsus in alterum transfertur, uel expresse, ueluti per uenditionem, permutationem, donationem, uel tacite, per praescriptionem; cuius species est Secularisatio; alia minus plena, qua ius quidem in re ecclesiae constituitur, ut tamen res ecclesiae maneat; ut cum res uel in feudum, uel emphyteusin, uel

regula iuris canonici: Quicquid iuris diuini, aut spiritualis est, non debet usibus mundanis deputari. c. 4. X. de res. fig. domib. c. 51. R. I. in 610.

d) Quod ceteris, et plane ad men-

tem nostram edifferit Dn. LEYSER in

Med. ad n. l. c.

e) u. Dn. BOEHM. L. 3. T. V. §.

fig. 132. et OCKEL l. c. rb. 19.

f) u. Dn. BOEHM. l. c. §. 31. Dn.

LEYSER l. c. add. Praefid. PVFEND.

Excul. L. 2. C. XXII. §. 61. §§.

a) Alienatio alia est plena, qua Do-

minium prorsus in alterum transfertur,

uel expresse, ueluti per uenditionem, per-

mutationem, donationem, uel tacite,

per praescriptionem; cuius species est

Secularisatio; alia minus plena, qua ius

quidem in re ecclesiae constituitur, ut

tamen res ecclesiae maneat; ut cum res

uel in feudum, uel emphyteusin, uel

prez

66 CAP. II. DE VSV EFFECTVQ. DIV. RER. IN RES DIVIN.

vit, quae cum principio stare nequeunt; dum alienationem ex causa pietatis et necessitatis admisit ^{b)}: quas quidem exceptiones Jurisprudentia Christiana, reiecto principio ethnico de rebus diuini Juris, facile admettit ^{c)}. Jus canon. itidem rerum sacra- rum alienationem prorsus prohibuit, ob sacram scilicet qualita- tem, ex conseruatione contractam: ut tamen eadem exceptio- nes locum habeant ^{d)}. Plane necessarius harum rerum usus ad alienationem earum inhibendam sufficere uidebatur: hic si cesset, nulla intrinseca qualitas, ex uerioribus principiis, alienationem impedit. Quod ad res, in quibus et priuati ius aliquod pro- prium acquirere possunt, ueluti subfella templorum, aut lex, aut consuetudo, aut conuentio, inspicienda, et quantum cuique juris has in parte competit, inde metiendum ^{e)}.

f. XII.

DE ALIENATIONE BONORVM ECCLESIASTICORVM.

Bona Ecclesiastica, quae olim liberius alienabantur, hodie itidem, ex regula tam juris civilis, quam canonici, alienari prohibentur ^{a)}, ex

precarias datut, uel oppignoratur. Add.
CORVIN. L. 2. T. XL. q. 10.

^{b)} u. §. 8. f. d. R. D. L. 21. C. d.
SS. Eccles. Non. 120. c. 10. At si res fa-
crae sunt divini juris, et nullius, ab
hominibus neque ex causa pietatis, aut
necessitatis, alienari poterunt, sed ab-
solute inalienabilia erunt.

^{c)} Mitandum tamen, tam altas hoc
principium in membris Ieronimorum ecclie
radices, ut hodieque id pro ratione dif-
ferentias inter res sacras et ecclesiasticas
allegent. Exemplo sic, quod D. de
WERNHER P. III. Ob. 121. scribit:
*Quia nempe sacrae res nullius sunt, ec-
clesiasticarum vero proprietas ad ecclisi-
am pertinet.*

^{d)} u. c. 13. 14. 70. C. 12. qu. 2.
^{e)} Disceptatur, an subfella tem-
plorum sunt in commercio? Plenius que ne-

gant, ut CARPOZ. f. E. Lib. II. def.
362. et BRVNNEM. f. E. Lib. 2. C. II.
§. 11. it. STRYK. ibid. in not. Affirmat
cum aliis Dn. LEYSER. in Med. ad §.
Sp. XXII. n. 4. nec rationibus defitui-
tur. Decisio quaestio[n]is ex principiis
hic positis, ac diversitate subfelliorum,
de qua supra, pendere uideretur. Juic
Sax. Elect. certum est, alienationem
subfelliorum priuatis esse veritatem uid.
Chursl. Sächs. R. chen. Ordin. Art. Gene-
z. ibi: Daz kein Stant noch Stuhl ei-
nigem Manne oder Weib erblich, son-
dern allem auf des Besitzers lebenlang
zustehen, oder vergönnet werden, und
keine Macht haben solle, einigen Stuhl
andern bey seinem Leben andern zu ver-
kauffen. 16.

^{f)} Bona ecclesiastica, etiam immo-
bilia, primis tempotibus libere aliena-

ex diuersis quidem rationibus b): ut tamen ius *civile* minus plenam alienationem facilius admittat c), quam ius *canon.* Sed admittit etiam ius *can.* plenam huiusmodi bonorum alienationem, si et *insta* sublit *causa*, et *solemnitatis canonicae* obseruentur. *Iustae cause* sunt, uel *necessitas*, ueluti urgens aces alienum, quod ex fructibus Ecclesiae non possit dissoluī, uel *pietas*, ad redimendos captivos, aut elendos pauperes, tempore carae annonae, spectans, uel *utilitas*, ueluti, si ubiores inde redditus in Ecclesiā redundant, aut res seruando seruari non possit, aut magis oneri sit Ecclesiae, quam emolumento. *Solemnitatis vero canonicae* hoc fere recidunt, ut alienatio fiat cum totius cleri tractatu, consenuit et subscriptione, aut saltem tractatu praecedente, ac Praelato cum Capitulo auctoritatem interponente d). Sed omnes harum solemnitatē sublilitates scrupulose nimis obseruare, moribus praeſertim Protestantium, haud necessarium me-

I 2

rito

a) fuere. Sed cum licentia alienandi in detrimentum Ecclesiae uergere uidetur; sensim ea in Conciliis restricta, ac tandem Constitutionibus Imperatorum, LEONIS L. 14. C. de SS. Eccles. ANASTASII L. 14. C. eod. et in primis JUSTINIANI Nou. 7. et 120, quarum priores duas quidem erant particulares, posterior vero uniuersalis, libera bonorum Ecclesiae immobilium alienatio, sub comminatione poenae etiam prohibita fuit. Quae Leges et à Rom. Pontificibus, et Conciliis probata, usque uniuersae Ecclesiae recepta fuere. u. c. 2. 14. 15. C. 12. q. 2. it. c. 3. 4. 5. 6. N. de reb. eccl. al. CONF. RITTERSHVS. 7. Iusfin. P. I. c. VIII. n. 27. et Dn. BOEHM. 7. E. L. 3. T. XIII. S. 2. 199.

b) Genuina prohibitionis ratio haud dubie, fuit *utilitas Ecclesiae*: quamuis et aliae rationes, à peculiari horum bonorum natura et qualitate, petita, quod

scil. sint Deo oblati, dicati, sacrati, Patri moniorum Dei et Iesu Christi, tam à legibus et canonibus, aut Pontificum decretis, quam ab Interpretibus, allegentur. u. Dn. BOEHM. l.c. Qualia haud dubie ex principiis ethniciis, res sacras, ad quas etiam *possessiones sacræ*, unde sacerdotes alebantur, referabant. u. sup. C. I. S. 6. diuini Juris ac Dei esse, profluxerunt. Sane intelligi nequit, quomodo *Dri bona* dici queant, quae sunt bona Ecclesiae; cum Ecclesia non sit Deus, sed uniuersitas, ex hominibus constans.

c) u. d. L. 14. et Nou. 7. et 120. Add. RITTERSHVS. l.c. n. 47. 199.

d) u. CORVIN. d. Tit. XII. S. 5. 8. alii paulo aliter, pluribus ac specialioribus requisitis adiectis, eas enumerant, u. B. HORN. Addit. ad SCHILT. 7. Cam. L. 2. T. VI. S. 17. Dn. BOEHM. l.c. S. 30. 199. Dn. LETS. l.c. Spec. XXIV. n. 8,

rito censetur, modo obseruentur, quae natura negotii requirit e).

§. XIII.

DE ALIENATIONE BONORVM MENSALIVM.

Sed an et *Bona Mensalia* eadem ratione alienare licet? dubio non uacat. Nec desunt certe, qui alienationem illorum absolute ueritatem opinantur, subnixi in primis *Constitutione* quadam VRBANI II. a) cum hac tamen exceptione, nisi consentiat is, qui legis de non alienandis auctor est, ueluti Papa, aut Cæsar, maxime si hic Episcopatum fundauerit b). At uerior utique uidetur sententia, etiam *Bona mensalia*, in Germania quidem, iuste valideque alienari, accedente solemnitate canonica c); uel, apud Protestantes, saltem obseruatis iis, quae ex legibus, aut moribus, aut patetis cuiusque Territorii requiruntur ita, ut nec Caesaris, consensus, nisi quatenus ad quaelibet alia Imp. feuda alienanda requiri-
tur d), nec Papae e), sit necessarius.

§. XIV.

DE REBV. RELIGIOSIS.

Nunc quoque Res *Religiosae*, secundum iuris can. placita, ac nostros mores considerandas uenient. Harum duas Canonistæ faciunt

e) Sufficiet igitur, praeter iustum causam, satis probatam 1) *Canse cognitis*, 2) Consensus eorum, quorum intercessi, ueluti, Capituli, uel Conuentualium, aut saltem maioris partis, 3) Decretum Consistorii Ecclesiastici, quibus 4) adiungunt subhastationem. vid. Dn. de BERGER *Oec. f. L. 2. T. I. §. 2. BOEHM. f. c. §. 2. LEYS. Lc.*

a) Allegata in t. F. 6. quod ea Tisculi in feudum dari prohibeantur: quamus in quo Concilio hoc decretum sit, ignoretur. Nisi forte Claramontanum indigitetur, ubi cautum; Interdictum est omnibus laicis, ne amplius altaria, nec ecclesiis fibi retineant.

b) u. L. B. *LTNCK. Rep. II. n. 71.*

c) Constitutio enim VRBANI II. tantum de regula uidetur intelligenda,

quæ non excludit exceptiones, alienationes, puta, adhibita solemnitate canonica factas. u. HARPRECH. *Rep. LVII. n. 75. 199. OCKEL. de Prael. Imm. C. IV. ib. 26. et in primis Dn. BOEHMER. f. E. L. 2. T. XXVI. §. 25. 26. et L. 3. T. XXVI. §. 19. 199. foliæ hoc argumentum ediferentem.*

d) Cæsaris enim consensum ad bona mensalia alienanda speciatim nulla lex Imp. requirit: ideoque de huius necessitate ex communibus iuris publici et feudalii principiis iudicandum.

e) Papæ consensus in c. ult. de Reb. Ecc. al. in 6to et c. 1. extratu. comm. cod. quidem requiritur, sed ad bona mensalia haud restringitur, neque capitula haec Germanos stringunt, nisi quatenus ab illis recepta sunt.

faciunt classes; *Religiosas domus* nempe, et *Sepulturas*, siue *Coemiteria*. *Religiosae Domus* dicuntur, quaecunque religionis aut pietatis intuitu, sunt extuctae; veluti, *Monasteria*, *Xenodochia*, *Ophanotropbia*, *Brephotropbia*, *Nosocomia*, *Gerontocomia*, et secundum nonnullos etiam *Scholae*. Quales dormus, cum suis redditibus, omnes ad Bona Ecclesiastica referuntur, atque adeo eodem iure censentur ^{a)}, *Coemiteria* hodie sunt loca publica, vel, si maius, uniuersitatis, sepulturae defunctorum, publica auctoritate, destinata, atque muro aut sepimento ab aliis locis separata. Quorum origo ab illis temporibus deriuanda uidetur, quibus Christiani in Atris Ecclesiarum, ut Martyrum, vel Sanctorum, reliquis essent propriores, sepeliri maluerunt. Unde, tanquam accessoria Ecclesiarum, auctoritate Episcopi, mediante consecratione, aut benedictione, constitui, atque adeo iure *can.* pro rebus *religiosi* reputari siveuerunt. Apud nos, cum talia in constituendis coemiteriis essent, eademque saepe in loco ab Ecclesia remoto erigantur: nec *religiosa* qualitas, in sensu iuris *can.* iis inhaerere censetur. Multo minus *religiosae* res, in sensu iuris *Rom.* eadem reputanda sunt: cum superstitione Manium a Jurisprudentia Christiana merito exulet. Hinc nec *divini iuri*, nec *nullius*, sepulchra hodie existimanda. Sed sicut dominium totius Coemiterii penes Ecclesiam parochiale, vel Uniuersitatem est; ita sepulcra singula saepe, ex concessione Ecclesiae, sunt in priuatorum dominio, imo et commercio, sed ad usus sepulturae restricto, veluti sepulcra *familiaria* ac *hereditaria*, die *Stamm- und Erb-Begräbnisse* / quae non solum ad heredes transmitti, sed et alienari inter uiuos, usus docet ^{b)}.

§. XV.

DE REBUS SANCTIS.

Supersunt Res *Sanctae*, *Muri* nempe, et *Portae* Ciuitatum.

I 3

Sed

^{a)} u. LANCELL. L. 2. T. XXIII.
CORVIN. *J. Can.* L. 2. TH. XXV. XXVI.
tot. PAC. *J. Zog.* in *Decretal.* L. 3. T. 36.
SCHILT. *J. Can.* L. 2. T. VII. *S. 14.*
BOEHM. *J. E.* L. 3. T. V. *S. 23. 199.*

^{b)} M. GONZ. TELLEZ ad *de Sepul. rot.*
LANCELL. T. xxiv. ibique ZIEGL. in not.
STRV. S. J. R. Ex. III. b. 27. STRV. II.
M. m. de D. R. *J. f.* et in not. ad BRVN.
L. 2. C. II. *S. 12.* de BERGER. *Occ. j.*

70 CAP. II. DE VSV EFFECTIVQ. DIV. RER. IN RES DIVIN.

Sed neque in his *diuini iuris* quidquam hodie appetet: cum nec diis dedicentur, nec sacri ritus in illis condendis adhibeantur. Ad *publicas* igitur et quodammodo uniuersitatis res hodie rectius referuntur: Neque adeo sunt nullius. *Sanctae* uero tantum dicentur, quatenus grauiori poena aduersus violationem iunitate sunt: quamvis nec poena capitalis hodie locum habeat, nisi hostili aut proditorio animo uiolentur ^{a)}.

§. XVI.

DE VSV HARVM DIVISIONVM IN CAVIS CRIMINALIVS.

Atque sic tandem deuoluimur ad *usum* harum diuisiōnū in causis *criminib⁹*, qui tantum non omnis ad grauiorem poenam recidit, in delicta circa res sacras, aut religiosas, sanctasue, admissa, ob peculiarem harum rerum qualitatem, statutam. Quia in parte negari nequit, adhuc reliquias quasdam principiū illius ethnici, hasce res diuini iuris censentis, seſe exerere: uti in Crimine *Sacrilegii*, ac *sepulcri violati*, cernitur. Sed in his prolixioribus nobis esse nunc non licet ^{a)}.

§. XVII.
CONCLVSIÖ.

Atque sic ex dictis, ut speramus, liquet, Diuisiōnēm istam rerum in res diuini et *humani iuris*, illarumque in *Sacras Religioſas* et *Santas*, uti tota superstitiosis ethnicae religionis principiis nititur, ita minus recte conclusiones in Juriſprudentia Christiana, quae a talibus principiis abhorret, inde deduci, sed rectius ex eadem, quantum ad usum practicum, et rationes decidendi inde petendas, prorsus eliminari. Id quod ab aliis etiam JCtis cor- datoribus iam obseruatum est ^{a)}.

*I.c. §. 3. BOEHM. f. E. L. 3. T. XXIX.
§. 5. 14q. TIT. f. Pria. L. 7. C. XI. §. 6.
SCHILT. l. c. §. 14. 15. ibique HORN.
in Addit. it. Ex. IV. §. 7. JOH. CHRIST.
BACHOV. Tr. de Sepulchr. Coemiter.
etc. cui iuncta Tr. special. de Sepulchris
Gotianis.
XV. a) Incepta ergo extraiocinatio Specu-
latoris Sueuici c. 178. Die Muren heissen*

heilig, die Heiligen besiedelten, sua Muren
um einen Städteket, da Heilige innen sind.
XVI. a) Otium hic nobis fecit Celeb.
Dn. BOEHMER. in duabus Disp. de

uariis sacrilegiis speciebus ex mente Juris
Civili, et ex mente Juris Canonici: cu-
iusscrinia compilare nobis religio fuerit.

XVII. a) u. TITII Obs. ratioc. ad Comp.
f. Lauterb. t. de R. D. XXXV.

NOBILISSIMO PRAESTANTISSIMO
QVE

DN. EHRENFRÉDO
HANISCH,

J. V. CANDIDATO DIGNISSIMO,

S. P. D.

P R A E S E S.

A
Bsolvisti igitur, *OPTIME HANISCH*, Cursum,
quem vocant, Studiorum Academicum, atque ex
Templis Apollinis ad patrios lares, bonis autibus re-
uerteris, sacra iam Themidi in templis eius domesticis facturus,
ut uerbis ex facris ethnicorum mutuatis, sensu tamen minime
ethnico, loquar: Studia tua, inquam, ex Academiis nunc in Fo-
rum,

rum, aut Curiam, transfers. Sed nec nudus et vacuus a studio-
rum ornamentis ex Academiis discedis, uerum honore auctus,
condigna industriae ac studiorum praemia tecum domum reportas;
NOTARII PUBLICI CAESAREI non solum dignitate ornatus, sed et-
iam inter *CANDIDATOS JURIS* receptus, atque adeo summis, quos
Themis sui Amatoribus distribuere solet, honoribus initiatus. Ce-
terum cum et mihi, in Collegiis priuatissimis, Examinibusque Te-
cum institutis, atque Relationibus Actorum, sub meo moderami-
ne elaboratis, industriam, et per totum istud tempus, quo ho-
spitio in aedibus meis usus est, modestiam et probitatem tuam,
satis probaueris; meum est, de hoc felici studiorum tuorum aca-
demicorum exitu, ornamentisque ac honoribus, ab Ordine nostro
Tibi collatis, ex animo non solum gratulari, sed et prosperos
coepitorum successus, in Patriae salutem, ac *FAMILIAE PRAE-*

STANTISSIMAE honorem, propriumque emolumen-
tum, uergentes, apprecari. Vale. Dabam

d. 5. Nou. A. 1729.

ULB Halle
004 503 04X

3



7A → 0L
01+R
drin





5724

DISSE^TATIONEM JVRIDICAM
DE
NATVRA ET VSV
DIVISIONIS RERVM
IN RES
DIVINI ET HVMANI
IVRIS
ILLARVMQVE IN
SACRAS RELIGIOSAS
ET SANCTAS,
PRAESIDE
DIETERICO HERMANNO
KEMMERICHIO, JC^{TO}
JVRIS NATVRAE ET GENTIVM PROF. P.
COLLEG. JVRID. ASSESSORE ORD.
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
EJVSQVE AVDITORIO JVRIDICO
DIE I. OCTOB. A. MDCXXIX.
PVBLICA DISQVISITIONI SVBMITTET
EHRENFREDVS HANISCH
CAMENT. LVSAT. J. V. C.
VITEMBERGAE, EXPRESSIT JOANN. GODOFR. SCHLOMACHIVS.

1729. 7^a 10/